

DAD AU
CIÓN GE

MA
RIO

EL
BRO

19. *Leucosia* *leucostoma* (Fabricius) (Fig. 19)

“我就是想让你知道，你不是唯一一个被我爱着的人。”

DATA  A decorative border consisting of a repeating pattern of stylized flowers and leaves, enclosed in a rectangular frame.

卷之三

1985

卷之三

10. *Leucosia* (L.) *leucostoma* (L.) *var.* *leucostoma*

“我就是想让你知道，你不是唯一一个被我爱着的人。”

卷之三

481

TONGMA

19. *Leucosia* (Diptera) *leucostoma* (Fabricius) *leucostoma* (Fabricius)

10. *Leucosia* (L.) *leucostoma* (L.) *leucostoma* (L.) *leucostoma* (L.)

9

卷之三



1080026369





VITA
ET DOCTRINA
JESU CHRISTI
EX QUATUOR
EVANGELISTIS
COLLECTA:

*Et in Meditationum materia ad singulare
in eius Anni diez distributa*

PER
NICOLAUM AVANCINUM
Societatis J. B. S. U.



VENETIIS, MDCCXXIII.

Apud Nicolaum Pizzana.

Superiorum permisum, ac privilegio.

UNIVERSITY LIBRARY
BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD
DE LEÓN
y Tolosa

BT 300
A 81



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE



A D

LECTOREM RELIGIOSUM.

011669



Economiam totius opusculi paucis accipe. Adventus temporis ea attribuo, que Incarnationem, & Conceptionem Dei filii contingunt. A Nativitate Domini ad Dominicanam Septuagesimam et complector, que sunt Infans, & Pueritia CHRISTI. Hinc usque ad Pascha, ut tempori serviam, Passionem expendo. Tum ad Pentecosten, & Octauionem Corporis Christi, qua sunt eiusdem temporis. Denique per olliudum expensis DEI attributis, reliquam CHRISTI vitam, miracula, parabolae, & doctrinam ordine ferè quatuor Evangeliorum persequor.

Ne vero materia soncum desiceret, summum, quod est cuiusque temporis, accepi: adeoque Adventui quatuor, A.D. 1669.

tempori post Epiphaniam sex , post Pen-
tecosten viginti octo integras hebdomadas
affignavi .

Non adiicio meditandi methodum ,
quam vel passim habes , vel ex ipsis S.
Patriis nostri Exercitiis facile addidice-
ris . Placuit tamen iis , qui hoc opus de-
mandarunt , ut affectuum quorundam for-
mulas luggererem . Horum ut obtemperem
voluntati , primum tibi tria affectum
alphabeto , iuxta tres perfectionis Religio-
se vias digesta , exhibeo , quorum fami-
liarem usum sane fructuosam sum expre-
sus : deinde vero eorum , qui in quaque
via sunt præcipia , exempla aliqua subii-
ctiam .

FORMULÆ ALIQUÆ

Affectum.

CUM voluntas natura cœca sit , nec in ul-
lum affectum erumpat , nisi prævius
cam Intellectus manuducat , necessarium om-
nino erit ad fructuofam meditationem , ut
persuasiſſimam tibi reddas veritatem aliquam
practicam , quam five ex verbis , & doctrina ,
five ex facto , & exemplo Christi erisli . Id-
que rationibus quidem etiam naturalibus , po-
tissimum tamen , ac principaliiter actu fidei su-
pernaturalis ; qui est principium , non tantum
practicarum conclusionum in Intellectu , sed
etiam motum omnium , & affectuum super-
naturalium in voluntate .

AFFECTUS VIRTUTUM.

Theologarum .

Fides. Credo , Domine ; credo . Tu ad-
iuvia incredulitatem meam . Sug-
gerit alia mundus , caro , diemone : non cre-
do . Verbum tuum manet in æternum . Pro
hoc exige à me Domine , sanguinem , exige
spiritum : ecce paratum cor meum , Deus pa-
ratum cor meum . Millegadiis , ignibus totis
exhibebo hoc corpus , ut tua sit illæla veri-
tas .

² Quis me separabit ab his Veritate ? Cer-
tus sum , quod nec gladii , nec crucis , nec te-
la , nec ignes , nec inferorum tormenta me po-
terant ab ea separare . Tua veritas . Deus ,
A 3 fallere



fallere non potest , tua sapientia fallit non vitat . Tu dixisti : Satis hoc mihi est prae omni ratione humana , ut etiam sanguine subclibam .

Spero . Quare tristis es , anima mea ? & quare conturbos me ? Habet honestatem Dei , & misericordiam paratam , que vult ; habet omnipotentiam assistentem , que potest opitulari ; habet sanguinem , & merita Christi , que pro te apud seculum patrem perorant . Proinde te ergo , anima mea , in brachia misericordiae , & omnipotentiae Dei . Quam nihil potes ex te , tam omnia potes in eo , qui te confortat .

3 Io te , Domine speravi ; & quis mundi imperii , que carnis illecula , que diabolorum adulterii prevalebit ? non , non contundar in aeternum . Io te , Domine , speravi quod vivitum non extirpabo ; quia virtutem tua gratia non alesquar . &c. Dicant omnia ossa mea ; tu es flos mei : Deus meus in aeternum .

3 Si Deus pro me , quis contra me ? Si exsurgant adversum me cœli , non timebit cor meum . Si conlurgat adversum me prælium , in hoc ego sperabo ; quia scit infinita sapientia . potest infinita omnipotencia , vult infinita bonitate mibi auxiliari .

Charitas . Domine , tu sis , quia amo te : quoniam tu fols bonus , tu fols sanctus , tu fols dignus omnium creaturarum amore . Supplete vos , ardenta Cherubim , tu ardenter Cherubini Virgo , quicquid deest amori meo . O vivam ! o moriar amore tui . Moriar potius , quam te non amem .

3 Domine , quid mihi est in cœlo , & à te quid volui super terram ? Tu fols Deus cordis mei , & pars mea Deus in aeternum . Diligam te , Domine , non quia mihi beneficis ,

aut

aut remunerator liberalissimus ; sed quia tu teipso es summa , & infinita bonitas , sola , & una super omnia amabilis . Moriar , Domine , hoc momento , quo te amo , priuquam succedit aliud , quo te non amem .

3 Exigis à me cor meum , Domine : O si mille , & si infinita haberem ! omnia tuuunius amore occuparem . Vis amorem operibus experiri ? confunde me , confunge me , contorce me , in internum demerge me ; non dimittam te , &c.

4 Serò te amavi , pulchritudo mea tam nova , & tam antiqua : ierò te amavi . Sed neque nunc te amo , ut debeo , neque amo , ut amare desidero . Infinites , infinites te amare vellem , coequi amore , si fieri posset , quo te ipsum amas ; quia hic fols amor tuum amabilitatem sequitur , &c.

ALPHABETUM Affectionum .

PRO VIA PURGATIVA .

A Biectione sui ad pedes Iesu .

Abjuratione imperfectionis .

Accusatio sui .

Admissione patientie Divinæ .

Angor de culpa .

Communicatione Dco .

Comparatio sui cum Sanctis , damnatis , demonibus , &c.

Confessio humiliatio .

Confusio sui .

Contemptus mundanorum .

A 4 Con-

Contritio.
Deprecatio.
Deliderium satisfaciendi.
Detestatio.
Diffidentia sui.
Exhortatio sui ipsius.
Exprobatio.
Fiducia.
Gratiae imploratio.
Gratitudo.
Humillatio, annihilatio sui.
Indignatio.
Invocatio Sanctorum.
Lamentatio ad Deum, & Sanctorum.
Mendicatio (spiritualis) a Deo, & Sanctis.
Odiu suu, & culpa.
Pavor.
Propositum.
Quæcumque cum Deo, Sanctorum, & Creaturis.
Reprehensio.
Solicitudo.
Timor irae Divinae.
Vindicta in ceplum.

EXEMPLA AFFECTUUM
PRO VIA PURGATIVA.

Abiristi. Deperte sub pede Dei tuus sa-
persum caritatis et vilis creatura. Ab' etiam
superfluis? Indigo es, quamuis pedibus
dignetur Iesus tuus. Conculceo te dannati-
ones, ac ipsi demones, quorum tu iniquita-
tes es supergressa, &c.

Accusatio. Fator enim, ut reus memetip-
sum accuso: Ego te summanu, & inasimili-

le

Je bonum, ac infinitam dignitatem vilipen-
di. Quis ego? quis tu? Ego Filium tuum cru-
elisti, & occidi! Ego sanguinem ejus, & ini-
nitia merita proculavi, &c.

Admiratio. O cœcitas mica! o impudentia!
o audacia! servus nequam tam bonum Domini-
num, tam indignè tractare potui! O bonitas
tua Deus! o patientia incredibilis! o miseri-
cordia infinita! tu noa ferre tantum delin-
quentem, sed novis etiam beneficiis cumu-
lare potuisti.

Communicatio cum Deo. Quot tu, justis-
sime DEUS, minorum scelerum reos in
momento, ad infernum precipitasti? Ange-
los, tam excellentes creaturas ad unius dum-
tax cogitationis costellum in ignem Va-
ternum detrahi: mibi ut parceres, ut
dissimulares, quid te movit? An quid-
quam toto vita decurru praeflisi, quod
oculis Divine tue Majestatis placere po-
merit?

Confusio. Averte oculos tuos à me Domi-
ne; quia indignus sum, in quem respicias,
postquam me ad tantam vilitatem abjeci,
quem tu ad tantam dignitatem creasti. Co-
fusio cooperuit faciem meam, quia repleta est
mali anima mea, que purissimum Dei oculum
merito avertunt à me.

Contempnus mundanorum. Si habuero om-
niem luctantiam hisius mundi, nihil sum. Ni-
hil est honor, nihil estimatio, & gloria, nihil
opus, & dicitur, nihil omnis voluptas. Et ni-
hilo dulci in nihilum eunt: apparent, & eva-
nellicant. Solus Deus est omnia; reliqua amo-
re meo indigna.

Contritio. DEUS mens, summa bonitas,
omnium creaturarum, tuoque ipius amore

A 5 folia,

sola, & infinitè digna; doleo, quod tam imprudenter te offendierim; doleo, non quia timeo, sed quia amo. Si sanguine meo fieri posfit, ut non sis offensus; ecce me, discerce me, paratum cor meum. Si tormentis inferorum celeri possit; ecce me: nullum est, quod non merui; nullum, quod amore tui non praecilius peccato, quod tantopere odifisi. Si vides, qui emnia vides, quod aliquando, post quot annos, te offendens sim, hoc potius momento acerbissima morte me tolle, quam permittas ad infelicissimum illud tempus supervivere.

Deperatio. Obscoeno te, aeterno Pater, per misericordiam tuam infinitam; te Fili, unigenite, per tuum in peccatoris amore; te Spiritus Sancte, per tuam benignantatem; te SS. Trinitas, per sanguinem, & merita Christi, parce, parce misero peccatori. Amplius, Crucifixe IESU, amplius lava me vel unicæ guttula tuis sanguinis a peccatis meis. Adgenitor Crucifixus, & indignus licet, expedo misericordiam tuam.

Differentia sui. Vide, Domine, infirmitatem meam; quia nihil possum sine te, nec invocare te. Nec detere me, quia labor sine te.

Exhortatio sui ipsius. Erige te, anima mea, de cœno peccatorum, in quo jaces, ante aliquando assedi, quod vanè metuis. DEUS porrigit manum suam: tu tuam exere, & apprehende auxilium. Quid heres? quid dubitas? fortior es, qui te juvat, quam qui te tentat.

Eprobatio. Quæ tua es impudentia, tam tenere te amantem Deum, tuam amorem in Crucem morientem, tam indignè trahare, & odisse illi indicere, à quo amores, favorelique recipi? Hoccine meruit, qui te ad se creavit, ut

ci

ei cum tanto contemptu tergum verteres? Hoc, qui te toties recepit, & etiamnam expansa habet in cruce brachia ad te amplectendum, ut tu flerocca, & mundi quisquilias, siuque hostem amplectaris? &c.

Fiducia. Deus meus, auxiliator meus, in te confido, non erubescam. Si confitam adverbum me castra temptationum, non timebit cor meum, quia tu es protector meus: si exurat adverbum me prælrium, in te ego sperabo, quia tu es Deus meus.

Gratitudo. Gratias tibi ago, Deus meus, quod peccarem me, & non pornitentem, hincusque conservaveris, neque flatim meritis penitus addixeris, otiumque dederis animas meas calamitatem ignoscendi, ac derelicti, quod mille alii non concessisti, quod prius mors, & aeterna damnatio occupavit, quam prestatre id possent.

Humilitas. Annoso vilitatem meam, DEUS infinitæ Majestatis. Infra nihilum descendit, quia te offendit. Et merui, & volo ab omnibus contemni, & vilipendi, volo non expedire tantum, sed querere, & ambire contemptus mei occasions. Confirmas hanc voluntatem meam, pro me toties despice JESU.

Invocatio Sanctorum. Indignus sum, qui accedam ad thronum misericordiae Dei, quam impudenter delpexi. Tu unica, & potens peccatorum advocata, DEI Mater MARIA, quæ nullum in te confidentem despici, offendit pro me filio tuo ubera, quibuscum lactassisti; & per merita tua impreta mihi a justissimè irato DEO misericordiam. Tu, Angelus mi Tutelearis, cui curæ sum ab infancia per gaudium illud, quod habes super uno peccatore

A 6 pg-

penitentiam agente; vos SS. N. N. Patroni
mei, &c.

Mendicatio spiritualis à Sanctis Dei. Sancta, & Immaculata Dei Mater, que quantum amasti filium tuum, tacecum odisti peccatum; vide generis humanae (vel hujus hominis N.) exhumitem, in unde aliquid amoris tui cordi illius, ut sciat, ac velit reprobare malum, & eligere bonum. Sancti Angeli Dei, qui primi tentant. Angelo confante resistitis, aliquid constantie vestre hujus temptationibus fuggerite. S. Petre, qui unum peccatum toto vita tempore incessanter deplorasti; aliquid penititudinis, & lachrymarum huic induge, &c.

Odium fui. Quis me liberabit de corpore mortis hujus? quid queror aeterna? ego mihi ruine, & calamitatis meae sum causa, factum hostem culpo, & vero blandior. Ego sum ipse, qui occidime, dum amavi me. Sed tenebo hunc meum; non dimittam, nisi occidam eam. Mortuus Iesus, vivat ratio; moriatur auctor mortis anima mea, vivat auctor vita anima mea Jesus. Ut temperie oderim, semper amabo Deum meum.

Prepositum. Nodum, uige ad sanguinem deceratum cum hostiis anime mee; sed absconde, si necessarium sit, totum languorem ad uitamque ulque gaudiam habens, gaudenque impendam peccato, quam delinquam. Sic filio coronam Iesu meo pro me crucifixo. Moriar nullies, ne semel peccem.

Reprehendo fui. Et auctor tu es tanta in Deum impudentia? quista? quia Deus, & quid auctor es? O creaturorum ingratissima! tam parvi tibi est Deus, tam magni tibi ipse, aut modica tueri tende delegatio?

Timpus. Timor, & tremor venerunt super me, quia irritavi iram tuam, Domine. Quo fugiam a facie irae tuae? quando ininde tu mo circamfias, & quem patrem habere nolui, strictissimum Judicem in eorum lecerum formido. O Domine, ne intres in judicium cum seruo tuo.

Hoc pauca exempla effeluum pro via purgativa sumerant, qua licet proportione quadam facile ad viam illuminativam transire posset, litteras ramas, & hujus via appetitus suggestos, & pauca exempla admettere.

ALPHABETUM

Affectuum

PRO VIA ILLUMINATIVA.

A Mot proximi.
Animatio fui ad studium virtutis,
Benevolitas.
Bonitas.
Contemptus mundi.

Conversatio.

Cariocitas spiritualis, querens per Sanctos in celo variis virtutis aliquius exercitia.

Elegemosyna spiritualis petita a Sanctis pte, & aliis.

Expulsatio pia cum Deo, & Sanctis.

Fortitudo in adversis.

Gratiae petitio.

Gratiarum affectio.

Humilitas.

Imitandi desiderium.

Intentio gloriae Dei.

Laus

Laus Sanctorum.
Longanimitas.
Mortificatio corporis.
Nitor conscientiae.
Obedientia.
Patientia.
Paupertas.
Prudentia DEI.
Suavitas.
Tranquillitas.
Veritas.
Zelus animarum.

EXEMPLA AFFECTUUM
PRO VIA ILLUMINATIVA.

A *Mecum proximi*. Te Dens in meo proximo, & proximum propter te diligo, sicut me. Tu me exemplo magis, quam verbis hoc docuisti: qui cum inimici essemus, dilexisti nos: qui perditos non quæstivisti, & attraxisti miserans. Quem oderim, dum tu omnes amas? quem despiciam, dum tu bonis, & malis premium tuus sanguinis impendis.

Bonitatis. Obitupelico tamen, Jesu mi, benignitatem! quam benevolè ad te revertentes peccatores excipi! quam amanter alloqueris! quam tenerè amplectaris! & sic exprobatione omnia restituis bona, quibus per peccatum fuerant spoliati. Hac te laetari, mi JESU, coorum mihi incombet cura, amabo etiam delinquentes, ut reducam; compatir calamitati anime, tractabo vulnera leoniter, in modo, in gemitu, in vulta, in verbis, ut merus anipii amor appareat.

Bonitatis.

Bonitatis. Tua ad beneficiendum propensio, bone JESU, mea est in omnes proximos agendi regula. Innumeris in nos dona, sanguinem tuum, merita, gratias tecum elargiris; neque majoribus tantum, aut iis, te reverentur, & amant, dignoque te preflant; sed vijibus etiam, te ignorantiibus, demerentibus, contemnentibus. Trahit me tam suave exemplum, ut me impendam omnibus, & superimpendam, nemo mihi vilis, nemo mea indignus ope; quia nemini tibi.

Contemptus mundi. Tu non es de hoc mundo, amabilissime Jesu: tua desideria, affectus, vota, spes, prolections non tendunt in honores, gloriam, exultationem, laudes, & applausus. Delirium meum est, si co tendam, unde tu Sapientia Patris abhorres. Quia nihil fuit, indigne fuit eo corde, quod non latitur, nisi Deo.

Conservatio. In terris virus, & cum hominibus conversatus es, Domine Jesu: prudenter, & circumspicte, ut non offenderes; suaviter, & urbanè, ut animos traheres; utiliter, & salubriter, ut prodeles iis, quibuscum versaris. O si & ego prodeles intendere! quam cohiberem affectus meos? quam caverem errores? quam abstinetem aspernis, & acerbis, frivilis, & vanis, & quandoque nonnullis sermonibus? Scenæ jutavi; aut obmutescam, aut fana loquar.

Forsitudo in adversis. Omnia possum in eo, qui me confortat: non ego, sed gratia DEI mecum. Non miliitiorum, sed potentis Patris, quæ cannas erigit in columnas; sapientia Filii, quæ modos, viisque eluctandi habet infinitas; gratia Spiritus S. quæ facit apera in vita

Vias planas, In DEO meo transgrediar muros.

Humilitas. O humilitas nascentis, viventis, morientisque IESU mei. Cum in forma Deießes, exinanivisti temetipsum, abscondit divinitatis maiestatem, ne in te confundetur omnis honor, gloria, admiratio, & applausus populorum. Ah! fero licet tandem tamen eligi abjectus esse in domo Dui, in loco, & officio: & habeat gloria mea.

Intensio glorie Dei. Non queris gloriam tuam, Domine Iesu, sed honorreas Patrem tuum, neque alium reperi operum tuorum, tuaeque passionis unum. Huc tuis Incarnatione, vita, mors, cogitationes, verba, opera, somnus, ac omnis respiratio tendebat. Trahe me post te. Queram te sine me: sine meo emolumento queram te quotidie, quavis hora, quovis momento, quavis respiratione: queram patrem, sine admixtione creature, maiorem tuam gloriam.

Longanimitas. Potes DEUS momento plectere, quo peccat homo: sique id facias iustum est, & in aeternum laudabile judicium tuum. Sed sustines tamen longanimitatem, patiens, & multas misericordias: sustines mentes, & animos, & non expicias tantum, ut revertantur, sed revocas ad te, & attrahis miserans. Relipies Petrum, tangis cor Magdalensem, blandiris Iudeam, &c. Egone vel me a te defursum querar? vel spem alienam conversionis deponam. Aderis in tempore mihi. Expectabo te, Domine, & non movebor. Aderis gratia tua peccatoribus: sustinebo, & quod meum est, operabor. Non erit inanis opera, que te imitatur.

Mortificatio corporis. Tota vita tua IESU,

continua fuit corporis afflictio. Poteris, cum Deus es, citra periculum, omnia corpori commoda indulgere. Non egitas hoc studio ad corrugandam naturam, que nec viata erat, nec veteri poterat: non adstrictiendum corpus rationi, quod Divinitas moderabatur, ut non posset rebellare: & tamen in laboribus, & doloribus à Juventute tua visisti, & expirasti. Est ergo amabile quidam, quod turelegisti. Quid agimus animes? viata tibi est natura, & in malum proclivis rebellat rationi, inducit in peccata; & ad huc et blandis, & ut quam minimum patitur, studebis? Imò conteratur caro mea, ut vivat spiritus. Ut tuos sim, certem meam crucifigam cum vitiis, & consupienscentis.

Nitor conscientiae. Splendor sine miseria es Iesu mihi: misericordia ab omni immunditia libera, perfecta, & omnino immaculata. Quando potero, & ego infinitate mundo cerni, & daemoni: Quis velutum arguit me de peccato? O quam suavis dies, labor quoque omnis: quam dalecis quis homini, dum culpa non mordet animum: quam illaris, felixque mors ejus. quem conscientia non accusat. At hoc solitum nemo aliud, quam tu ipse, impendere tibi potest. Malo ergo multies morti, quam forsan.

Obedientia. Omnis de te dixit, qui te amat: Factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Et ut obediens, Filius Dei, Sapientia Patris, Dominum dominantium & non Patri tantum, sed hominibus, etiam fecelerat, & inquis judicibus, ac Carnificibus & ultrigaud mortem? O ferum ego, & indomitum laxum, si hoc exemplo non movear,

ut iis obediam , & in omnibus , & semper ,
qui Patres sunt , qui vice Dei funguntur ,
quibus eam in me potestatem tribuisti .

Patientia. Domine dirige cor meum in pa-
tientia Christi . Statutum est , aut pati , aut
mori . Tu , Iesu mi , quam dura in corpore ,
quam acerba in anima quam infamia in hono-
re suscitauisti ? Tu idem Deus , & Homo :
& ego unus punctum imaginatione percel-
lar , minima infamia turbabor ? O Domi-
ne , da , quod prote patiar , qui pro me pa-
sus es intenda .

Pauperia. Domine Iesu , cum esses dives ,
factus es pro me egenus ; ut non haberet , ubi
caput tuum reclinaret . O res seculis inaudita
Pauper Deus . Et ego illis affligam ani-
mum , quae Deus odit ? Ego pro Deo non re-
linquam latos , & hilarios mundi rugas , qui
pro me reliquit omnia regna mundi sibi jure
debita , adeoque et ceterum ipsum ?

Suavitatis. Quam suavis est , Domine , Spi-
ritus tuus ! Prescribis leges , sed addis vires :
cum minimum facimus , tu plenum praef-
eras : aptas te finguis , nulli vita inferis : pau-
cissima exigis , cum plurima , & gravissima
possis . Si eramus , nos revocas , & amanter-
talis . Confundi aperitatem meam . Evin-
cis omnino , ut in proximo meo exculem de-
licta , attendam fragilitatem , non plus exi-
gam , quam ipse priessem : si quandoque sit
leve ritas adhibenda , ea semper suavitate
misceatur .

Tranquillitas. Quanta locuti sunt adver-
sum te malignantes , Domine Iesu ? tu factus
es tanquam furdos , & mutus . Quantis im-
petibus es blasphemis ? at tu innocuit stetisti ,
tanquam non haberet in ore tuo redargitu-
nes :

nes : tenuitque semper animum imperturbata
quies , tametsi fulmina excire potuisses . Cur
ergo , si leviter tangor , erumpo in intode-
ratos , præcipitesque motus ? Respiciam in
te , Iesu mi : & si famam , si vitam perdam ,
tranquillitatem servabo .

Zelus animarum. Amabilissime Iesu , tu
propter nos homines , & propter nostram fa-
lentem descendisti de celo , quot hoc fine su-
stinetuisti elementorum injurias ? quot suscep-
sti itinera ? quot labores , & dolores ? quot
mortes exantasti ? Effudiisti ad omnes , di-
vites & pauperes , honoratos & abjectos , fe-
nes & pauperes , in urbibus & pagis , in cam-
pi & defertis , die & nocte . Tanti tibi fuerunt
animæ nostræ , quantius fanguis , hunc enim
pro illico dedisti . Nimis viles ego facio ani-
mas , si non ex quo ad pauperes , abjectos , &
paucos me effundo , pro quibus idem pretium
datum est . Si pluvia , si nos , si longinquitas
spatii , si quevis incommodeas me deterret .
O animæ Christi sanguine redemptæ ! o si om-
nes ! o si vel unam meo sanguine , & acerbissi-
ma morte falvare possum !

Adhortendum est , quid quædammodum via
illuminationis spissas doctrinam , præziosæ vir-
tutis , starripietas & Christum veluti normam ,
& absolutissimum exemplar virtutis . Que ma-
ioratio fuit , ut in singulis bojus via affecti-
bus meorum desumere ab exemplo Christi .

ALPHABETUM

Affectuum

PRO VIA UNITIVA.

A Micitia cum DEO .
Amplexus DEI .

AP-

Appretatio DEI.
Aspiratio ad DEUM.
Beatitudo in DEO.
Complacencia.
Conformatitas cum DEO.
Desiderium DEI.
Donatio sui DEO.
Exaltatio DEI.
Exultatio in DEO.
Filiatio ad DEUM.
Fraternitas cum CHRISTO.
Gaudium in DEO.
Gloriatio in Deo, & CHRISTO.
Imitatio CHRISTI.
Invitatio Creaturam.
Langor animae in DEO.
Laudatio DEI.
Mors in DEO.
Narratio magnitudinum DEI.
Oblatio sui.
Padum cum DEO.
Quies in DEO.
Respiracio in DEO.
Vita in DEO.
Unio cum DEO.

EXEMPLA AFFECTUUM

PRO HAC VIA.

Amisitia cum Deo. Amas me, amo te.
amor meus, Deus meus! Tu quod es
meus es: ego quod sum, tu sum. Mergo
in infinita tuo, tu in meo nihilo. Quia amas
me, communicas te mihi: quia amo te, redi-
do me tibi, & te tibi. o amor meus, unus,
& solus, electus ex multis.

Am.

Amplexus Dei. Parco mei amoris audacie.
Deus meus. Qui posuisti lavam sub capite
meo, & dextera tua amplexaris me, intra
tua brachia cogis me. In illa reverentissime
conjectus & vivere volo, & mori deside-
rio. Tu stringe me, nec permitte me separa-
ri a te.

Appretatio Dei. O bonum inestimabile
Deus, & omnium desiderabilium finis!
Quia super omnia et simo te, super omnia amo
te. Deficit in tui pretii estimatione intel-
lectus meus, & sub imperio voluntatis te in-
finita estimatione appetiare desiderantis, fa-
tificit. Sit tibi satis, Deus meus: amo te mil-
lies, & millies plus quam me, plus quam sa-
tietatem anime mea, plus quam ipsam beat-
itudinem meam, & jucundissimum, aeterno-
nique tui aspectum, amo te; & in hoc
morio, amo te.

Aspiratio ad Deum. Ubi sum? Ah jube me,
Domine, venire ad te. Exam a mundo, &
eius concupiscentias: exam a me ipso, ut
nisiquam sum, nisi in te. O quando erit felici-
ssima illa hora, qua mihi vel annuas, vel
diccas: Veni de libano, veni! Ecce me, re-
pondebo, adsum: nec ullum me aliud vocum
vel momento retardabit.

Bearitudo in Deo. Deus meus, nondum
video te revelata facis; & tamen beatus sum
quia amo te. Nullum tormentum sentio,
dum amare; quia solum tormentum mihi est,
non amare te. Tu solus totum intellectum
trahis, ut te unum possideas: tu solus om-
nem amoris mei vim exhaustis.

Complacencia Dei. Tu es, quies: & hoc u-
num mihi placet, quod es, qui es, infinitè per-
fectus in sapientia, potentia, & bonitate. No-
n,

pe.

possum hoc exprimere , nisi verbis illius aman-
tis : Si tu Deus es es Augustinus , & ego Au-
gustinus essem Deus ; ergo Deus vellem ; ut
tu Augustinus es es Deus ; ita mihi placet ,
ut tu sis tu .

Conformatas sum Deo . Amo te , Deus me-
us . Satis dixi ; voluntas mea jam tua est , &
tu es tu . Vis me premi , abici , contem-
ni , torqueri , dilaniari ? volo & ego , quia tu
vis . Vis me inter beatos tui frumentum at-
tollerio ? volo : non quia limpidad , & inno-
centem hoc aduersit voluntatem ; sed unice
quia turvis .

Desiderium Domini . Desiderium habeo disfol-
vi , & esse tecum . Quis me liberabit de corpo-
re mortis hujus ? Quando veniam , & appre-
hendo faciem Dei mei ! Defecit cor meum ,
& caro mea , Deus cordis mei , & pars mea
Deus in eternum . Sed nemo venit ad te , ni-
si tu traxeris eum . Talius me posse te , amor
meus . Deus meus : trah me , & currat ad te .

Donatio sui Deo . Quid petis a me , Deus
meus ? Audio fuisse illam tuam vocem . Pra-
be , fili mi , cor tuum mihi . Ecce habes ; ti-
bique sponte , & hilariter dono , quidquid
mihi dedisti ; cor , animam , vitam , sanguinem ,
intellectum , & voluntatem . Nolo cor
meum , nisi sit tuum ; nolo amare , nisi te ;
nolo vivere , nisi in te ; nolo sapere , nisi te ;
nolo velle , nisi te . Jam tuus sum , non sum
meus . Vivo quidem , sed non ego ; vivit ve-
rò in me Deus .

Exultatio in Deum . Cor meum , & caro mea
exultaverunt in Deum vivum . Sallo extra-
me , Deus meus , ut veniam ad te . Angustie
cordis mei non capiunt torrentem voluntatis ,
quo tui recordatio me perfundit .

Fin.

Filiatio ad Deum . Filius tuus ego sum , fis
suis tuus . Non est praetemptio ; quia dedidi
mihi potestatem filium Dei fieri . Dicam ti-
bi semper , & tota animi fiducia dicam : Pater
meus es tu : Diligam te , quia Pater meus es
tu : amplectar te , nec dimittam te , quia Pater
meus es tu . Pater , da mihi portionem sub-
stantie , quae me contingit . sed portio mea
tu es . Deus meus : aliam nec quaro , nec
admitto .

Fraternitas cum Christo . Primogenite in
multis fratribus Iesu Christi : Pater tuus
idem meus , & esse , & vocari vult Pater : te
heredem , me coheredem facit . Amo te ,
amabilissime frater : & si me in hereditate
regni non admittas , amabo te : & si
me à te proicias , amabo te . Omnia tu , uni-
ca heres , accipe , quia omnia debentur ti-
bi : unicūm militi relinque amorem , utram-
que . Hic unicus sit pars mea , & heredi-
tas mea .

Gloriatio in Deo , & Christo . Abfit mihi
gloriar , nisi in Deo meo , & in Graue Domini
mei Iesu Christi . In hoc gloriior , quod tu
Deus sis Deus meus , Dominus mens , omne
bonum meum ; In quo summa est mea felici-
tas , quod sim creatura tua , servus tuus , &
quem tu amore in finito diligaris . In hoc glo-
riabor , si in cruce configar Iesum meo , si vul-
nera tua hiant mea , & tecum paupere , & de-
spacio , si pauper , & despectus .

Imitatio Christi . Cum in forma Dei essem
amor meus Iesu , exinanivisi temetipsum
divitias , honoribus , & sapientia , factus pro-
me egens , ac despctus , & iudicio habitus .
Fac possum esse dives : nolo ; quia tu fuisti
pauper . Fac possum esse absomnibus honora-
tus :

tus: nolo; quia tu contemni elegisti! Fac possum sapientiae famam lucrari: nolo; quia tu pro fatus haberi maluisti. Electio tua regula est electionis meae. Et sic eligo solus ac maiorem tui imitationem.

Languor animæ in Deo. Amore tui languo, Deus meus. Nauent anima, quidquid humani ell ioutati, & mundum, omnesque creaturestis iustitia, quia te nquam, de solium amo; de cœlo ascendit te frui fecit, in omni alia operatione de hinc, & soli amore respiro, amor meus, Deus meus.

Laudatio Dei. Lauda, anima mea, Dominum, quoniam bonus. Omnis altior mea, unus coigitatio mens, omnis affectus voluntatis, omnis respiratio, omnis arterius motus dicit eibi: Magnus Dominus, & laudabilis nimis. Necnum affectus, quod volo, quidquid dicam, quidquid cogitem adhuc es infinitas laudabilis. Magnifice te, mea vero anima, Sanctissime Virginis MARIA. Laudet te ardenter affectu S. Iohannes: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Benedicant omnia opera Domini Domino, laudent, & superexultent eura in facula. Nondum affectus, quod intendit affectus. Laudet te humilitas sanctissimum Redemptoris mei: & quod ultra nos possum, tua te Divinitas habet in facula.

Mors in Deo. Mortuus sum, & vita mea abscondita est cum Christo in te Deus meus. Quique facta est anima mea, cum tu tristis cor meum, & à me transfivit in te. Omnis coigitatio mea, omnis affectus mens, & Christo conspectus est in te. Vivo anima in te, quia hoc unum sentio, quod

Pregatio moxagium in Deo. Magnificat ani-

ma

ma mei Dominum. Quia fecit mihi magna, qui potens est, &c. *Votes eorum recitate.* Quidquid senti, quidquid intellectu capio extra te, DEUS meus, opus manus tuarum est, & tui in me amoris effectus: Ideo magnificat te anima mea Dominum. Sic dilexisti mundum, ut Filium tuum unigenitum dares: Ideo magnificat te anima mea. Charitatem tuam diffundisti in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis: Ideo magnificat te anima mea.

Oblatio sui. Omnia mea, tua sunt, Domine; quia omnia tua voluisti esse mea. Quid habeo, quod à liberalitate, & misericordia tua non acceperim? & quia acceperim, rofus tibi cum sincerissimo gaudio offero, corpus meum, & animam meam, omnes sensus, & potentias meas, intellectum, memoriam, & voluntatem meam. Non apice, quod mea sunt; sed quod tua; & pretiosissimo sanguine Filii tui tibi vindicata.

Pallium cum Deo. Amo te, DEUS meus, & tu scis, quia nihil amo, nisi te. Non sufficit, eis hoc festinare, non lingua loqui. Sic ergo pascitur tecum DEUS, de misericordia quocunque motu interno, & externo animæ, cordis, & corporis mei; de omnibusque dormientibus, ac vigilans aspiratione, ac respiratione; de omnibus, & singulis, quæ sunt, & erunt, creaturarum moribus; de singulis Beatorum tuorum, & SS. Matris, ac JESU mei Redemptoris actibus, sine figura mea, quibus meum in te amorem loquar. Quidquid horum affectus, DEUS, in eo tibi ego loquor: amo te, amabilissime DEUS.

Quies in Deo. In omnibus requiem quiesce-

B vi

vi ; sed extra te non inventi, Deus meus, amor
meus. In omnibus nihil reperi, nisi dolorem,
& afflictionem spiritus. Recordatus sum tui,
ecce pax, & confortatio, quam mundus, & crea-
tura nulla dare potest. Infundo me totum in
suum benefacit tui. Hunc requies mea, hic
habitabo, quoniam elegi eam. In pace, in id-
ipsum moriar.

Vita in Ds. In te, per te, propter te vivo,
Deus cordis mei. Tu anima anima meæ. Nulla
volo mentis, nullam corporis operatio-
nem, quæ non sit benefacit tui. Hoc solùm
me moveat, ut excedam rebus omnibus creatis:
Quo movere, illo vivo. Vivote, vita mea,
Deus meus.

Unio cum Ds. O quâm mihi bonum est ad-
barere Deo! Jam superior, quod qui adhæret
Deo, unus spiritus est cum eo. Tu mihi hoc ob-
tinisti: amabilissime Iesu, quando etiam pro
me orasti Patrem, ut sim in te, & in Patre
unum, sicut tu, & Pater unus es sis. Et quis
me separabit, &c.

I N D E X

In Evangelia Dominicarum totius

Annu-

Dominica I. Adventus, Part. 2.
fol. 429.

Dominica II. Adventus, Cum audierit
Iohannes in Vinculis. p. 2. 325.

Dominica III. Adventus. Misericordia Iudei ab
Ierosolymis. p. 2. 354.

Dominica IV. Adventus. Lege Evangelium il-
lius sibi. p. 1. 22.

Ibid. Natali Domini. Mysterium illius diei.
p. 1. 27. & seq.

Dominica infra Nativitatem. Simon, & Anna
prophetant de Christo. p. 2. 241.

In Circumcisione Domini. Mysterium illius
dici. p. 1. 33. & seq.

In Epiphania Domini. Mysterium illius diei.
p. 1. 37. & seq.

Dominica I. post Epiph. Cum factus esset Je-
sus annorum duodecim. p. 1. 75. & seq.

Dominica II. post Epiph. Nuptia salâ sunt
in Cana Galilæ. p. 2. 260.

Dominica III. post Epiph. Cum descendisset
JESUS domino. p. 1. 321. 322.

Dominica IV. post Epiph. Ascendente JESU
in naviculam. p. 1. 276.

Dominica V. post Epiph. Simile est Regnum Ce-
lorum homini, qui seminavit. p. 2. 335.

Dominica IV. post Epiph. Simile est Regnum
Calorum grano Sinapis. p. 2. 336.

Dominica Septuag. Parabola Operariorum in
vineâ. p. 2. 428.

B 2 Do-

Dominica Sexages. Exiit, qui seminas seminare
semen suum. p. 2. 332.
Dominica Quinquages. Ecce ascendimus Hiero-
lymam. p. 1. 104.
De Cœco Hierichuntina. p. 1. 435.
Feria 4. Cinerum. Nolite thesaurizare.
p. 2. 321.
Feria 5. post Cineres. Accessit ad eum Centu-
rio. p. 2. 322.
Feria 6. post Cin. Eggauem dico vobis, diligite
immaculæ vestes. p. 2. 305.
Sabbato post Cin. Erat natus in medio mari.
p. 2. 349.
Dominica 1. Quadrig. Dulcis est Jesus in de-
cessum. p. 2. 251. 252.
Feria 2. hebd. 1. Omnes eritis filii hominis.
p. 2. 459.
Feria 3. hebd. 1. Intravit Jesus in Templum.
p. 2. 261.
Feria 4. hebd. 1. Magister, volumus te signum
videre. p. 2. 330.
Feria 5. heb. 1. Ecce Muller Chanancap. p. 2. 351.
Feria 6. hebd. 1. Erat dies festus Iudeorum.
p. 2. 287. 288.
Sabbato hebd. 1. Vide Dominicam sequentem.
Dominica 2. Quadrig. De Transfiguratione
Christi. p. 2. 361.
Feria 2. hebd. 2. Ego natus, & querenti me.
p. 2. 382.
Feria 3. hebd. 2. Super Cathedram. p. 2. 452.
Feria 4. hebd. 2. Ascendens Jesus Hierosolymam.
p. 2. 493.
Eccl hebd. 17. post Pent. 1. 4. p. 2. 359.
Feria 5. hebdom. 2. Homo quidam erat diverso
p. 2. 418.
Feria 6. hebdom. Homo erat pater familiæ.
p. 2. 444.

Sab-

Sabbato hebd. 2. Homo quidam habuit duos fi-
lios. p. 2. 413. 414. 415.
Dominica 3. Erat Jesus discipuli Domini.
p. 2. 329.
Feria 2. hebdom. 3. Quanta audivimus facta
in Capernaum, & sic & sic in patria tua.
p. 2. 338.
Feria 3. hebd. 3. Si peccaveritis in re fratre vobis,
p. 2. 307.
Feria 4. hebd. 3. Quare Discipulatus transfor-
midantur traditiones seniorum. p. 2. 350.
Feria 5. hebd. 3. Surgens Jesus de Sinagoga in-
tegris in dominum Simonis. p. 2. 274.
Feria 6. hebd. 3. Venit Jesus in Civitate Samari-
æ, qua dicitur Sichar. p. 2. 267. 268.
Sabbato hebd. 3. Jesus perrexit in Montem Oli-
vi. p. 2. 381.
Dominica 4. Quadrig. Abiit Jesus trans maria
et Galilæa. p. 2. 343.
Feria 2. hebd. 4. Invenit in templo videntes.
p. 2. 261.
Feria 3. hebd. 4. Jam die festo mediane ascendit
Jesus in templum. p. 2. 372.
Feria 4. hebd. 4. Præteriens Jesus videt cœcum
a Nativitate. p. 2. 387.
Feria 5. hebd. 4. Cum appropinquava por-
ta Cisjordaniæ, ecce defunctus effecabatur.
p. 2. 323.
Feria 6. hebd. 4. Erat quidam Ianguius Lazarus.
p. 2. 430. 431.
Sabbato hebdom. 4. Ego sum lux mundi.
p. 2. 382.
Dominica Passionis. Quis ex teibi argueret de
peccato. p. 2. 384.
Feria 2. post Dominicam Passionis. Miserantur
Principes, & Pharisei ministros, ut appre-
henderent eum. p. 2. 379.

Feria 3. Passionis. Ambulabat Iesus in Galilaea. p. 2.380.
Feria 4. Passionis. Filia sunt Encinia in Hierosolymis. p. 2.391.
Feria 5. Passionis. Resobat cum quidam de Pharisatis. De Magdalena in Septuagesima fer. 3.4. &c. p. 1.90.89.
Feria 6. Passionis. Collegerunt Pontifices, & Clericis concilium. p. 1.88.
Sabbato. Collegerunt Pontifices, & Pharisei concilium, ut Lazarum interficerent. Nil nisi hic habetur de Lazzaro. De mysterio pro presenti feria, & pro Dominica sequenti Domini. Sexagesima. p. 1.95. & seq.
Dominica Palmaturum, ut in superiori sabbato.
Feria 3. Major hebdomada. Atra fer die Pascha. p. 1.88.
Feria 3. 3 Majoris hebdomada. De Passione.
Feria 4.
Feria 5. Prodigio Iudee. Hebdomada. Sexagesima. Feria 4. p. 1.99.
Cena Paschalis. Ibid. p. 1.100.
Lotio pedum. Ibid. p. 1.102.
Feria 6. Parafceves. Crucifixus Iesus. Hebdomada. 5 Quadragesima. Et illi hac feria. p. 1.152.
Sabbato Sancto. p. 1.163.
Dominica Resurrectionis. Mysterium ejus dies. p. 1.165.
Evangelium. p. 1.170.
Feria 1. Apparet Discipulis cunctis in Emmaus. p. 1.174. & seq.
Feria 3. Apparet Christus Discipulis congregatis. p. 1.185.
Dominica I. post Pascha. Apparet Discipulis.

lis, dat eis Spiritum Sanum. p. 1.189.
Thoma incredulitas. p. 1.190.
Apparet praesente Thoma. p. 1.191.
Dominica II. post Pascha. Ego sum Paster beneplacitus. p. 1.192.
Dominica III. post Pascha. Medicum, & jam non videbitis me. p. 1.197.
Dominica IV. post Pascha. Vado ad eum, qui misit me. p. 1.204.
Cum autem venerit ille Spiritus veritatis. p. 1.221.
Dominica V. post Pascha. Lex Evangelium ejus dicti. p. 1.203.
In Ascensione Domini, Mysterium ejus dicti. p. 1.208. & seq.
Dominica VI. Post Pascha. Cum veniret Pascha festinat, quoniam egrediuntur nobis a Patre. p. 1.230.
Dominica Pentecostes, Mysterium ejus dicti. p. 1.219.
Dominica SS. Trinitatis. Mysterium ejus dicti. p. 1.226.
Evangelium. p. 1.200.
Dominica I. post Pentec. Nolite judicare. p. 1.215.
In lesto Corporis Christi. Mysterium ejus dicti. p. 1.231.
Dominica II. post Pentec. Homo quidam fecit Canonum magnum. p. 1.234.
Dominica III. post Pentec. Parabola de Ovo perdita. p. 1.241.
Dominica IV. post Pentec. Piscatus Ponus ad Stagnum Genzareth. p. 1.270.
Dominica V. post Pentec. Nisi abundaverit justitia vestra. p. 1.203.
Dominica VI. post Pentec. Rescinduntur qua-

- Tunc milia hominum seponi panibus.*
 p.2.334.
Dominica VII. post Pentec. Attendit a falsis
 Propheticis.
 p.2.339.
Dominica VIII. post Pentec. De villico iniqui-
 tatis.
 p.2.417.
Dominica IX. post Pentec. Visiones Civitatum
 flexis super illam.
 p.1.98.
Dominica X. post Pentec. Parabola Pharisaei,
 & Publicani.
 p.2.421.
Dominica XI. post Pentec. Sanatur furdus, &
 mutus.
 p.2.354.
Dominica XII. post Pentec. Parabola decon-
 densis in Hierico.
 p.2.396.
Dominica XIII. post Pentec. Mandatur de-
 comprobatio.
 p.2.376.
Dominica XIV. post Pentec. Nomen petri disci-
 pulus Domini Iesu Christi.
 p.2.313.
Dominica XV. post Pentec. Filius Vidae susci-
 tator.
 p.2.323.
Dominica XVI. post Pentec. Sanatur Hydro-
 pieus.
 p.2.409.
Rerum hecendum in se vissimum.
 p.2.410.
Dominica XVII. post Pentec. Magister, quod
 est mandatum magnum.
 p.2.451.
Dominica XVIII. post Pentec. Sanatus Parac-
 lyticus.
 p.2.380.
Dominica XIX. post Pentec. Nuptia Filii
 Regis.
 p.2.446.
Dominica XX. post Pentec. Sanatus Filius
 Reguli.
 p.2.369.
Dominica XXI. post Pentec. Rex potestatis
 nos cum servis suis.
 p.2.371.
Dominica XXII. post Pentec. Licet confirmare
 Cœsari, annos?
 p.2.449.
Dominica XXIII. post Pentec. Mulier cura-

tur filia Fairi.
 p.2.134.
Dominica ultima post Pentec. Prædictio de-
 foliationis.
 p.2.433.

Si plures Dominicæ sint post Pentecosten, uti
 accipiuntur ex Dominicis post Epiphiam
 Evangelia, sic erunt & Meditationes ex
 iisdem Dominicis sumeadiz.



UNIVERSIDAD NACIONAL AUTONOMA DE MEXICO
 SECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

I N D E X

In Evangelia præcipuorum Festorum.

DIE XXIX. NOVEMBRIS.

- V**igilia S. Andreæ. *Evang. Stabat Jeanne-*
rus. Joan. 1. i. 4. hebd. 4. post Pent.
30. S. Andreæ Apost. *Ambulans Iesu Matth.*
4. i. 4. hebd. 6. post Pentec.

D E C E M B R I S.

3. S. Francisci Xaverii. *Euntes in Mandum.*
Marci 16. fer. 6. hebd. 4. post Pascha m. 2. &
seqq.
6. S. Nicolai. *Homo peregrinus. Matth. 21. fer.*
6. hebd. 2. post Pent.
7. S. Ambrosii. *Vox efficiat terram. Matth.*
5. Dom. 12. post Pent.
8. Conceptio B. M. V. *Liber generationis.*
Matt. 1. dief. Evang. sed deca. Sabbato post
Dom. 2. Advent.
13. S. Lucia V. M. *Simile est regnum Calorum.*
Tidus aure. Matth. 13. fer. 6. hebd. 14. post
Pent.
21. S. Thomæ Apost. *Thomas unus ex duode-*
cim. Jo. 20. f. 4. hebd. 3. post Pascha.
24. Vigilia Nativitatis Domini. *Cum esset do-*
punctata. Matt. 1. f. 2. hebd. 4. Adventus.
25. Nativitas Domini ad primam Missam.
Exiit edictum. Luc. 2. Sabbato hebd. 4. Adv.
Ad secundam Missam. *Pastores loquebantur.*
Luc. 2. die 31. Decembris.

Ad

- Ad tertiam Missam. *In principio erat Ver-*
bun. Jo. 1. Dom. 1. Adv.
27. S. Joannis Apost. *Dixit Iesu Petro. seque-*
re me. Jo. 21. hebd. 4. post Pasch.
28. SS. Innocentium. *Angeli Domini appa-*
rexit. Matt. 2. fer. 5. hebd. 4. post Epiph.
29. S. Thomæ Episc. & Mart. *Ego sum Paffer*
bonus. Jo. 10. fer. 3. hebd. 2. post Pent.
31. S. Silvestri Papæ. *Sint lumbi vestri. Luc. 12.*
Sabb. hebd. 2. post Pent.

J A N U A R I I.

1. Circumcisio Domini. *Votatum est nomen*
ejus. Luc. 2. die 1. Januarii.
5. Vigilia Epiph. *Defunctio Herode. Matt. 2. f.*
2. hebd. 5. post Epiph.
6. Epiph. Domini. *Cum natus esset Iesus. 2.*
die 6. Januarii.
13. Octava Epiph. *Vidit Jeanne Iesum Jo. 1.*
Sabb. hebd. 3. post Epiph.
15. Pauli primi Heremitæ. *confiteor tibi p.*
Pater. 11. f. 15. post Pent.
18. Cathedra S. Petri. *Quem dicunt homines.*
Matt. 16. f. 3. hebd. 17. post Pent.
25. Conversio S. Pauli. *Ecce nos reliquimus.*
Matt. 19. f. 4. hebd. 25. post Pent.

F E B R U A R I I.

1. S. Ignati Episc. & Mart. *Nisi granum fru-*
menti. Jo. 12. fer. 6. hebd. 26. post Pent.
22. Cathedra S. Petri Apost. *Quem dicunt a-*
Matt. 16. f. 3. hebd. 17. post Pent.
24. S. Matthei Apost. *Venite ad me omnes. f.*
3. hebd. 15. post Pent. *Iesus electio. f. 5. hebd. 6.*
post Pasch.

B. 6. MAR.

M A R T I I.

12. S. Gregorii Pap. & Conf. *Ves eiſis ſai terra.*
 - Matth. 5. Dom. 10. poſt Pent.
 19. S. Ioseph, f. 2. heb. 3. Adv. *J oſeph autem vi-*
erat. Matth. 1. fer. 2. heb. 4. Adv.
 25. Annuntiatio B. M. V. *M iſsio eſt Augen-*
tu. Luc. 1. f. 3. heb. 3. Adv. & seqq.

A P R I L I S.

25. S. Marci Evans. *D eſignavit D e m i n u s .* f. 5.
 heb. 21. poſt Pent.

M A Y I L.

2. SS. Philippi, & Jacobi Apoſt. *Inuenit Phili-*
pum. heb. 4. poſt Pent. f. 6. n. 3. & seq.
 3. Invenitio S. Crucis. *Erat h o m e.* Jo. 3. Dom.
 2. Adv. & f. 3. & 4. heb. 5. poſt Pent.
 4. Joannis ante Portam Latinam. *Accedit ad*
J e ſu m a t e r . Matt. 20. f. 2. heb. 16. poſt
 Pent.
 8. Appar. S. Michaelis Arch. *Accedorunt Di-*
ſcipuli. Mat. 18. f. 6. heb. 18. poſt Pent.

J U N I I L.

11. S. Barnabe Apoſt. *Ecc e g e m iſſo v o s s .*
 Matt. 10. f. 2. heb. 15. poſt Pent.
 24. S. Basili Epifc. *S i q u i c o m i ſ ad me.* Luc.
 25. f. 4. heb. 15. poſt Pent.
 24. S. Jo. Baptiſtæ Nativitas. *P e p e r iſ F i l i u m .*
 Luc. 1. f. 3. & 4. heb. 4. Adventus.
 29. SS. Apoſt. Petri, & Pauli. *Q uoniam dicunt*
D e m i n u s . Matt. 16. f. 3. heb. 17. poſt Pent.
 30. Com-

30. Commen. S. Pauli Apoſt. *Ecc e g e m iſſo v o-*
 s s . f. 5. heb. 21. n. 2.

J U L I I I.

2. Visitatio S. Mariæ. *E x u r g e n t M a r i a .* Luc.
 2. Dom. 4. Adv.
 6. Oſtava Apoſt. *D o m i n e , g e tu e i .* Matt. 14.
 f. 2. heb. 16. poſt Pent.
 22. S. Mariæ Magdalene. *R oga bat J e ſu qui-*
d a m , f. 4. & 5. heb. 13. poſt Pent.
 25. S. Jacobi Apoſt. *A c c e d i t a d e c u m M a t e r .*
 Matt. 20. f. 2. heb. 19. poſt Pent.
 26. S. Anne. *S i m i l e eſt r e g n u m C a l e r u m T h e-*
s o u r o . Matt. 1. f. 6. heb. 14. poſt Pent.
 29. S. Martha Virg. *I n t r a v i t J e ſu .* Luc. 10.
 f. 2. & 3. heb. 21. poſt Pent.
 32. S. Ignatii Fundatoriſ Soc. Ieſu. *D eſignavit*
D e m i n u s . Luc. 10. fer. 5. heb. 21. poſt Pent.

A U G U S T I.

6. Transfiguratio Domini. *A f f u m p t u s J e ſu ,*
 Matt. 17. f. 6. heb. 17. poſt Pent. & seqq.
 7. S. Cajetani Conf. *N i b i f e l i c i t i ſ i t u .* Matt.
 6. Sab. heb. 11. poſt Pent.
 10. S. Laurentii. *N i f r a g a n u m f r u m e n t u s .* Jo.
 12. f. 6. heb. 26. poſt Pent.
 15. Affumption B. M. V. *I n t r a v i t J e ſu i n*
quod u a C a ſ t e l l u m . Luc. 1. f. 2. & 3. heb. 22
 poſt Pent.
 20. S. Bernardi Abb. *E c c e n a r e r e l i q u i m u s om-*
n i a . Matth. 10. f. 4. heb. 23. poſt Pent.
 24. S. Bartholomei Apoſt. *E x i t u t J e ſu .* Luc. 6.
 f. 2. heb. 9. poſt Pent.
 28. S. Au-

28. S. Augustini Episc. *Versus sal terrae*.
 Matt. 5. Dom. 10. post Pent.
 29. Decollatio S. Jo. Baptista. *Hec deus natalis*
sui fecit canum. Matth. 6. f. 6. hebd. 15. post
 Pent.

SEPTEMBRI S.

30. Nativitas B. M. V. Dom. 3. Adv. Festum
 Nomini B. M. *Misericordia Angelus Gabriel.*
 Luc. 1. f. 3. hebd. 3. Adventus.
 31. Exaltatio S. Crucis. *Ego exaltatus fui eo*
de terra. Jo. 12. Sabb. hebd. 26. post Pent.
 32. S. Matthaei Apost. *Videns Iesum benedicem.*
 Matt. 9. Sabb. hebd. 7. post Pentec.
 33. S. Michaelis Arch. *Accesserunt Discipuli*
ad Iesum. Matt. 18. f. 6. hebd. 15. post Pent.

OCTOBRIS.

34. SS. Angelorum Conf. *Accesserunt ut supra.*
 & Dom. 25. post Pent.
 35. S. Petronii. *Ego sum Paster bonus.* Jo. 10. f. 3.
 hebd. 12. post Pent.
 S. Francisci Conf. *Venite ad me omnes.* Marc.
 11. f. 5. hebd. 15. post Pent.
 36. S. Francisci Borgiae Conf. *Sint lumbi vestri*
proximi. Luc. 12. Sabb. hebd. 22. post Pent.
 37. SS. Simonis, & Judae Apost. *Hoc manda*
ebis. Jo. 15. f. 4. hebd. Quinquagesimæ.

NOVEMBRI S.

38. Festum Omnia Sanctorum. *Beati pauperi*
 Matt. 5. f. 3. hebd. 9. post Pent. & seqq.
 39. S. Mart. Conf. *Lucerna corporis sui.* Matt.
 6. f. 3.

40. f. 5. hebd. 11. post Pentecosi.
 41. Praesentatio B. M. Dom. 3. Adv.
 42. S. Clementis Pap. *Vigilate, quia recessisti*
 Matt. 24. hebd. 3. post Pent.
 43. S. Catharinae V. & M. *Simile est regnum*
Colorum decessu Virginibus. Matt. 25. fer. 5.
 hebd. 28. post Pent.

Commune Apost.

In Vigiliis Apost. *Hoc est praeceptum meum, ut*
diligatis invicem. Joan. 15. f. 4. hebd. Quinta
 quag.

Dixit Petrus ad Iesum, ecce nos. Matt. 19. f.
 4. hebd. 25. post Pent.

Commune Evang.

Designavit Dominus & aliis. Luc. 10. f. 5. hebd.
 12. post Pent.

Commune Martyram.

Attendite a falsis Propribus. Matth. 7. f. 4. hebd.
 12. post Pent.
 Noite arbitriari, quia non pacem missere in
 terram. Matth. 10. f. 3. hebd. 15. post Pent.
 Quia amat Patrem, & Matrem plus quam me
 non est me dignus. Matth. 10. f. 4. hebd. 15. post
 Pent.
 Si quis vult post me venire. Matt. 16. f. 5. hebd.
 17. post Pent.

Commune Conf. Pontificum.

Vigilate, quia recessisti, Matth. 24. fer. 4. habd.
 28. post Pent.

Hinc:

Homo per eum proficiens. Matt. 25, f. 6. hebd.
28. post Pent.

Commune Confessorum.

Sicut lambi vestri. Luc. 10. Sabb. hebd. 31. post
Pent.

Commune Doctorum.

Vos estis saltem. Matth. 5. Domin. 10. post
Pent.

ALLEGRA FLAMMAM
VERBIS

Commune Abbatum.

Eccce nos reliquimus omnia. Matt. 19, f. 4. hebd.
23. post Pent.

Commune Virginum, & Viduarum.

Simile erit regnum celorum deum Virginibus.
Matth. 25, f. 5. hebd. 28. post Pent.

Simile est Thesauri absconditi. Matth. 13, f. 6.
hebd. 14. post Pent.

Commune Dedic. Ecclesiae.

Eccce vir, nomine Zacharias. Luc. 19, f. 4. hebd.
16. post Pent.

DOMINICA PRIMA

A D V E N T U S.

De aeterna VERBI genera-
tione.



N principio erat Verbum, &
Verbum erat apud Deum, &
Deus erat Verbum. Jo. 1. Con-
sidera Filium Dei in se esse
Verbum Patris, confubian-
tiam eius imaginem, in qua
omnes absolute perfectiones
relicent, eternitas, immenitas, &c. que fi-
lio à Patre communicantur, in eoque procede-
re per intelligentem, qua Pater se ipsum, &
secum connecta intelligit. Crede hoc firma si-
de, adora, lauda, magnifica, & gratulare, anima,
&c. sed tu ad imaginem Dei reas ei. Quām
nobilis! at nunc quam diffimilis prototypo! Fa-
tere, confundere, dole, de restauranda imagi-
ne cogita. Ut producta est prima, sic restaura-
tur secunda. Dei imago per Dei cognitionem,
& sensus exercitus fidei actus, quorum detinu-
potissimum labinur.

2. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso
salutem est nihil. Ibid. Considera Verbi Dei
potentia omnia ex nihilo condita esse, & con-
tervari, sine hac in nihilum deficere. Agnosce
viva fide te, & omnia ita à Deo pandere. Ma-
gnifica, & lauda potentiam ejus: in vita crea-
tarum; vicissim te ab iisdem invitari crede.
Mirare, tot possibles creaturas in suo ni-
hilo relixerat, te tam miserum peccatorum

ex-

UNIVERSIDAD NACIONAL DE COLOMBIA

DIRECCIÓN GENERAL DE LIBROS

DO.

Homo per eum proficiens. Matt. 25, f. 6. hebd. 28, post Pent.

Commune Confessorum.

Sicut lambi vestri. Luc. 10. Sabb. hebd. 31, post Pent.

Commune Doctorum.

Vos estis saltem. Matth. 5. Domin. 10. post Pent.

ALLEGRA FLAMMAM
V. HERMITA

Commune Abbatum.

Eccce nos reliquimus omnia. Matt. 19, f. 4. hebd. 23, post Pent.

Commune Virginum, & Viduarum.

Simile erit regnum celorum deum Virginibus.
Matth. 25, f. 5. hebd. 28, post Pent.

Simile est Thesauri absconditi. Matth. 13, f. 6.
hebd. 14, post Pent.

Commune Dedic. Ecclesiae.

Eccce vir, nomine Zacharias. Luc. 19, f. 4. hebd. 16, post Pent.

DOMINICA PRIMA

A D V E N T U S.

De aeterna VERBI genera-
tione.



N principio erat Verbum, &
Verbum erat apud Deum, &
Deus erat Verbum. Jo. 1. Con-
sidera Filium Dei in se esse
Verbum Patris, confubian-
tiam eius imaginem, in qua
omnes absolute perfectiones
relicent, eternitas, immenitas, &c. que fi-
lio à Patre communicantur, in eoque procede-
re per intelligentem, qua Pater se ipsum, &
secum connecta intelligit. Crede hoc firma si-
de, adora, lauda, magnifica, & gratulare, anima,
&c. sed tu ad imaginem Dei reas ei. Quām
nobilis! at nunc quam diffimilis prototypo! Fa-
tere, confundere, dole, de restauranda imagi-
ne cogita. Ut producta est prima, sic restaura-
tur secunda. Dei imago per Dei cognitionem,
& sensus exercitus fidei actus, quorum detinu-
potissimum labinur.

2. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso
fallum est nihil. Ibid. Considera Verbi Dei
potentia omnia ex nihilo condita esse, & con-
tervari, sine hac in nihilum deficere. Agnosce
viva fide te, & omnia ita à Deo pandere. Ma-
gnifica, & lauda potentiam ejus: in vita crea-
tarum; vicissim te ab iisdem invitari crede.
Mirare, tot possibles creaturas in suo ni-
hilo relixerat, te tam miserum peccatorum

ex-

UNIVERSIDAD NACIONAL DE COLOMBIA

DIRECCIÓN GENERAL DE LIBROS

DO.

2. HERBOMADA I.

extra dictum. Agnoscere, quanta potueris cum eo, quam paucis praefitteris. Humilia te, quod nihil possis sine eo. Apprehende manu tua omnipotentem eum manum, cum qua sola omnia potes & erige te ad magnanimitatem in arduis, ac difficultibus.

3. Quod salutem est, in ipso vita etas. Ib. Regrediere a creaturis ad Deum. Cogita creatuam, eminentiore modo in Deo esse, habere in Deo quoddam esse Divinum, & vivum. Eras ergo tu in Verbo, & eras vita. At vivere etiamnum in te ipso vitam Divinam? Quid respondent operationes tuae, ex quibus vita colligitur? Invenies, pro quo gratias agas, de quo Deum laudes, quod ames, de quo doleas, te confundas, & deprimas, quo ad fiducia erigaris.

FERIA II.

De creatione, & fine hominis.

x. C reavit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam. Gen. 1. Agnoscere creatorem tuum ejus aeternitatem in essentia, omnipotentiam in creatione, bonitatem in sua communicatione, sapientiam in gubernatione &c. Landa, & glorifica factorem tuum, hic est, qui te extraxit ex nihilo, totus ergo es ejus, at quoties te Domino tuo subtraxisti! Aflurge, redi in possessionem ejus, dolegendu, amando, resignando, ait S. Leo. Imaginem sui tibi indidit per creationem, gratias age, sed tibi reliquit, ut secundum ejus imaginem fiat, ait S. Basilius. Confer te cum prototypo, adverte, quantum tibi desit, ut ei similes evadas; propone id urgere, quo maximè deficit: pete gratiam, &c.

z. F. Feria

ADVENTUS. 3.

2. Formavit Deus hominem de limo terra, & inspiravit in faciem ejus spiritum suum virum. Gen. 2. Animae nobili addidit Deus corpus de limo terra, ne ex nobilitate nimis superbias, ex vilitate nimis deliciaris. Si tam nobilis, cur ad indigna declinas? si tam vilis, cur mancipium es corporis tuis? Resipice; corpus tuum cura non fore; necessitate metire obsequia, quam illi impendis, non voluptere. Abice te per humilitatem sponte, antequam per necessitatem abilicaris in pulvorem, &c.

3. Dominum Deum tuum adorabis, tunc sibi servies. Matt. 4. Hic est finis tuus, ad quem creatus es. Agnoscere Dominum, agnoscere Deum, agnoscere suum, & hinc titulos, quibus ei & adoracionem, & servitatem debes per omnes tibi concessas corporis, & animi facultates. Quamcumque enim à Deo accepisti, ea Deo obstricta es. Reflecte, te quam parum hanc veritatem agnoveris? unde & tuis facultatibus abhis es. Dole, detestare, propone, &c. Resipice altiorum finem, ad quem Deo ierviendo tendis. Lauda Deum, qui tibi se ipsum in præmium proponit, gratias age, desidera, pete gratiam, &c.

FERIA III.

De mediis ad eum finem consequendum.

x. I N principio creavit Deus calum, & terram. Gen. 1. Quanta rerum series, quae tibi servit: Aliae sunt naturales, ut coelum, elementa omnia, & omnes eorum perfectio-nes, homines, artes, scientie, virtutes. Aliæ su-pernaturalares, ut Christus Mediator, ejus meti-ta.

4. **Sacramenta, gratia. Angelii, Sancti, sacra scriptura, instructiones, statutus Religiosus, &c. admirare, quod tanta fecerit tibi ingrato, & rebellis. Lauda Deum in omnibus operibus suis, agnoscere eum in amorem. Cogita, quanta tibi in celo preparat, qui tantis te exstrem donat.**

2.

Omnis subiecti subpeditus ejus, Psal. 8.
Considera modum, & affectum, quo tibi Deus haec media dedit: amorem, quo gaudet tibi beneficere; liberalitatem, quo haec ultra necessitatem, ad inceditatem superpetat: prvidentiam, quae suis omniis temporibus disponit; sapientiam, qua mala, quae tu obesse crederes, ipse in facilitatem converteat patientiam, quam manum tuam non retrahat ab imprato. Admirare hoc, praedicta estote, gratias age, indigneate reputa. Dicite a Creatore tuo esse in eisdem liberaliter, et in eius servizio confidatis; sed hoc non egisti baculus; ingratius futili dole, propone, pete gratiam.

3. **Invisibilis agnus creatura mundi, per eum, que facta sunt, inuenienda conspicuntur. Rom. 1.**
2. Considera hunc horum mediorum esse, ut te ad finem tuae creationis prosequendum iuvant. Juvant ergo corpus nutriendo, vestiendo, medicando, recreando, &c. animam, homines instruendo, scientias illuminando, &c perficiendo intellectum, virtutes adornando naturam, ter voluntatem. Juvant denique supernaturalem, er ad cognoscendam Divinam omnipotentiam, & sapientiam, providentiam, honestatem, & magnificum deo sensum excicandam. Confundere, quod his mediis tamquam haec tenus sis uisus. Time hos in ultimo iudicio tui accusatores, & testes. Gratias age. Opra, ea se signis tuam non subtrahi. Spera ea a Deo, honestate, sponde illis uti eam intentionem, qua tibi datur.

F E -

**De bono aliu creaturarum, &c
de indiferentia circa eas.**

¶ **V**idit Deus cuncta, que fecerat, & errant bona vnde. Genet. 1. Omnis à prima sui creatione erant tam bona media, ut spectato hujs universi ordinis meliora esse non potuerint ad tuum finem. Bona est ergo sanitas, infirmitas, honor, contemptus, divitiae, pauperes, afflito, solitum, &c. sed horum uisus arbitrio tuo reuidis es. Quomodo uisus ei haecopus ad vanitatem, ad lenuum, ad ruinam tuam. Injuriam fecisti Deo, qui creatoris ad malum detorilli. Creaturis, quod ei abusus ad errores, & peccata. Tibi, quod per eas iuvidis in perditionem. Erralli ergo couludere, role, deprecare, revertere, concipe fiduciam in Deum, implora auxilium, &c.

3. **Beatus vir, cuius est nomen Domini si spes ejus, & non respexit in vanitatem, & insaniat foliis. Phal. 9.** Considera modum praticum, quo bene utaris creaturis. Hic vero est, 1. ut eas non in universum tandem, sed in particularia Deum referas, non ad vanitates, 2. ut attendas, in quo, aut quomodo hoc opus tibi ad finem ultimum prodest, aut obesse possit, 3. ut attendas ad affectum, & desiderium tuum circa hunc opus, an Deum illo queraris? an te ipsum? an vanitatem? an intentiones mundi fallas? rechelte te ad praeterita statua

HEBDOMADA I.

Quae de futuris: quia omnia nec ullam est, ut crearis solùm ad ultimum finem tuum utaris: neque focus licet. Et hanc veritatem scriò cordi imprime.

3 Non declinas ad dexteram, nego ad sinistram. Prov. 2. Affectu non magis in litaniam, divitias, & honores letaris, quam in morbos, paupertatem, & contemptum, quia æquè hinc, atque illa ad finem conducunt, ut Deum cognoscas, laudes, ames, &c. statue te in aequilibrio: quidquid eveniat, a quo ad Deum dirige. Hic ergo expugnandus est inordinatus tui iubus, & rerum creaturarum amor. Hic enim est laqueus, quo te ipsius captum fuisse doleas, confundaris, horras super te judicium Dei. His contempnes blanda, si oblitus; amabis etiam ardus, si profluit: propones, petes gratiam.

FERIA V.

De hominis lapsu.

Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis, Gr. Psal. 43. Primos parentes nostros, propter unicum inobedientię peccatum paradii, ejectos esse, Veritas fidei est. Expende, 1. in quo honore fuerit homo, in gratia conditus, expers internum rebellionum, morborum, ac aerumnarum, in loco deliciarum collocatus. Agnosce, lauda Dei liberalitatem, 2. Expende hominis ingratitude, qui vetiti nomi eum præcepto tam rigoroso ante habuit. Confer cum tua ingratitude; hanc detestare, 3. Quæ pœna secuta? omnes ærumnæ corporis morbi, passionum rebellio, cœcitas intelle-

ADVENTUS.

collectus, voluntatis depravatio, &c. Agnosce gravitatem peccati, abhore, detestare.

2 Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt. Psal. 13. Considera unum peccatum in omnes transisse, omnes gratia spoilatos, originali macula (excepta B.V.) infectos, factos filios iræ, & inimicos Dei. Ecce quid hoc? quam grave est spoliari gratia, esse odibilem Deo? &c. Queso latebræ tegant peccatorem a facie iræ Dei? Abhore à peccato, quod in omnes tuas actiones transit, & vitam eis moralim, animus spiritualem admittit.

3 Stipendium peccati mors (Rom. 6) & temporalis, & æternæ. Per peccatum enim mors ingressa est in mundum: per peccatum inferni est fabricatus. Vixillis felix semper, & æternum beatus, si non peccasses; quia peccasti, morieris utraque morte. Expende mala primæ, sed transtitura; mala secundæ, sed æterna. Agnosce hinc gravitatem peccati. Exhorresce, dole, detestare, pete veniam, &c.

FERIA VI.

De Decreto, & motivo reparandi hominem.

Nolo mortem impii, sed ut convertatur à via sua. Ezech. 33. per peccatum facti filii mortis æternæ: Omiserabiles casus à tanta sublimitate ad tam profundam abyssum! Vide, undo, & quid delapsus es. Confer priorem flatum cum flatu peccati, ex eo quod perdidisti, & in quod incurristi. Sed non vult tuam mortem Deus. Nolo mortem peccatoris. Si hoc jam jam ad

HEBdomada I.

¹ regum educendis audies, à Principe tibi diffiq; quantum exultares; quas gratias ageres? quid tam arduum, quod tam bono Principi non spondes? Hoc in Deum aye.

² In charitate perpetua dilexi te. Jerem. 31. Confides causam hujus tam piae in nos Dei voluntatis esse infinitum ejus amorem. Quid amor non potest in ipsum Deum! at quibus nostris meritis nullis, sed cum peccatoris offensis dilatis nos? Quid tu faceres in inimicis? infinitas gravias merebaris, Dilexit te tamen quem offendens, Deus. O terreni cor, si non diligas diligenter, cum ipse dilexerit offendentes.

³ Et astrostriferans. Ibid. Altera causa decreti de reparando homine est Dei misericordia. Peccaverat Adam, noxaret omnibus: eum extirpandi eramus. Noluit Deus totum humanum genus sine suo frustari. Peccaverat Adams filius inductus a demoni in ipsum Deum rabie acto. Homini sciatiam, ut propriam, aſſumpſit Deus. Nam concepsit, quod cautam tuam Deus, ut suam, assumet, contra tentationes daemonis.

SABBATO.

Decretum Incarnationis Filii Del.

¹ **C**onsidera, potuisse Deum infinitis modis alii hominem reparare, elegisse tamen per viam condigne Deo dande satisfactionis. Hanc prestatam creatura non poterat, quae non sumi esset Deus, quis injurya etat infinita, omnis vero satisfactio finita. Hinc estima gravitatem offense Divinae, & abhorre. At te vero si satisfactionem requiri-

ADVENTUS.

requirat, unde redies.

² Considera, potuisse Deum Angelique natura uniri, & pro homine satisfacere, voluisse humanæ, ut vinceret demonem in natura infirmiore: & daret nobis visibilem, & imitabilem Redemptorem. Agnosce facilè superari demonem ab homine, qui Deo unitus: & adhaere Deo, ut confundas fortem. Agnosce Redemptorem tuum, Magistrum, & exemplar. Poteris hoc sperare? Vide, ne devicias.

³ Considera, ex qua vilitate & miseria, ad quam dignitatem elevatus sit homo. Adsum, gratulare, ama, gratias age, &c. Decebat ergo, ut Divine factus coniors natura vitam duceres tue dignitati parem. Sed heu! quid egisti? Pudeat, peniteat tantum deservisse, &c

DOMINICA SECUNDA ADVENTUS.

Pater Filium, Filius te ipsam mundo donat.

¹ **S**ic Deus dedit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. Joan. 3. Quis? Deus; quem? te dilexit. Quomodo amorem probavit? dando filium, & hunc Deum infinite dilectum pro te rebelli peccatore, quam nihil tu reddis Deo! pudeat, quin te quoque afficeret creaturatum, tuisque ipsius exuis, & te ei donas, qui Filium tibi dedit: Attende, quam habes obligacionem hoc agendi.

² **D**ilexit me, & tradidit sine ipsum pro me. Galat. 2. Dilexit me, quem videt specialiter ingratum futurum, & sua intentioni repugnaturum; & in signum amoris dedit se ipsum,

C sum,

10 HEBDOMADA II.

sum , quise tibi tot argumentis negare potestate . Quid tu agis pro ejus amore ? an saluat te , si adhuc resilias ? Redde te totum ei , qui te totum tibi prior dedit .

3 Cum in forma Dei esset , exinanivit semper suum formam servi accipiens . Phil. 2. Et quod se dedit ; qui se tibi dedit ? In paupertatem , in contemptum , in cruciatus , in mortem . Haec tolerabilia fecit amor . Non amas vicissim , si illa fugis . Ad haec resolve , ut amorem telleris .

FERIA II.

In Incarnatione eluet Sapientia , Bonitas , & Omnipotens DEI .

1 Oculata sapientia tua manifestasti mihi . Psal. 50. Invenit medium , quo solo Divine Justitiae satisheret , debilitum nostrum in Divinam personam transferendo . Invenit modum , quo idem , qui Creator erat , esset & Redemptor , ut pluribus titulis , totum in se colligeret amorem nostrum . Et tamen fraudas Deum expectatione sua , qui amorem dividis in creatu . Redde Deo , quod Deo debes .

2 Bonitatem fecisti cum seruo tuo . Psalm. 113. Quae bonitas ? Justus pro injustis , innocentis pro peccatoribus , Dominus pro servo . Deus pro nomine se dedit : huic leuiavit non affectu tantum , sed subsistencia . Et poteris tu , si hoc credis , extra Deum amare aliquid ? Convertere , anima mea , tota ad Deum , qui solus bonus , solius amore dignus es !

3 Fecit potentiam in brachio suo . Luc. 2. Filius Dei est brachium Dei , quod è corpore .

ADVENTUS .

tendit ad sublevandum hominem : In hoc Filio incarnata apparuit omnipotens , quae tantum operata est , quantum amor desiderare potuit . Nec maius ille imperare , nec maius haec exequi valuit . Persuadet haec veritas , ut amorem reddas , quem negasti hactenus , & causa testis opere , quantum potes .

FERIA III.

Per Incarnationem Filii DEI placatur DEUS , erigitur homo , confunditur daemon .

1 O Mnia ex Deo , quæ nos reconciliavit fratres Christum . 2. Cor. 5. Non potest placari Deus offensus nisi vel condonatione , vel satisfactione . Noluit condonare peccatum nostrum , voluit satisficeri pro eo , à nostra natura adjuta per unionem Verbi , qua merita eius ad infinitatem exherentur . Time , anima mea , quia etiam à te satisfactio exigetur ? & tamen raro hoc cogitas ; At quia satisfacere non potes , nisi tuum nihilcum cam thesauro infinito meritorum Christi .

2 Suscitans à terra iocem , & de fletore originis pauperem . Plal. 112. Declinavat in terram homo & cognitione , & affectu ; Deum nec videbat , nec amabat ; quis sub lumen non cedebat ; vihi item ergo se dedit , ut nos exemplo , & doctrina ad Deum erigeret . Praevariebunt ergo terrena , ut te rapiant ad se illiciunt ibis , quod illa trahunt , an quo Filius Dei ? &c.

3 Nunc principi hujus mundi elicetur fortas . Joan. 12. Triumphabit daemon , quod in uno homine omnes homines perdidit . Unum

12 HERBOMADA II.

hominem invenit Deus, quo ejus superbia confundetur, nempe Christum Deum, & hominem. Ita nos perdidit unus homo, unus salvabit. Sed hoc non egit humanitas, nisi Divinitati unita. Non vinces hostem, nisi Deo unius. Te solo nihil, cum illo omnia poteris.

FERIA IV.

Eligitur Mater tanto Filio digna.

Miserabilis filium suum, filium ex muliere. Galat. 4. Decreta Incarnatione decrevit Deus non creare sibi corpus, sed ex feminina matre, ut fecit una mulier juvitat perditionem nostram, ita tunc coadiuvaret ad redemptionem. Et hactenatione voluit fieri filius hominis, & frater noster. Quicquid nostra dignitas, qui habemus eundem cum Christo Patrem? quae Christi humilitas, qui cum esset Filius Dei, fieri voluit filius hominis sicut agnus, & factis proba: hanc imitare, & te deprime.

2. Reparavit humilitatem ancillorum suorum. Luc. 2. Videlicet Deus ab aeterno omnes mulieres, & quicquid in quoconque statu fuissent operatrix. Visit B. Virginem in omnibus circumstantiis bene operaturam, numquam male, idque ex meritis Christi. Ideo eam praeceteris adamavit. Vis a Deo amari, & cooperare eius gratiae, nulla te prætereat occasio. Peristinum id haec tuus? Confundere, dole, time, propone, &c.

3. Ferit mihi magna, qui potens es. Luc. 2. Quid maius, quam esse DEI Matrem? Usus hoc illi? quia semper correspondit gratiae invitanti, aut intimanti voluntatem DEI,

Po-

ADVENTUS. 13.

Potes, & tu Mater DEI esse. Num qui fecerit Voluntatem DEI Patri, qui in celis est; hic Mater mea est. Amas hanc dignitatem; faciebas voluntatem, corresponte internis invitationibus.

FERIA V.

Promittitur Incarnatio Filii DEI.

1. Nimirum ponam inter te, & mulierem, & inter semen tuum, & semen illius, & ipsa carcer caput tuum. Gen. 3. Hoc erat promittere Redemptorem, qui Adamum, & posteros liberaret a potestate demonis. Quam bonus DEUS vix peccat homo, illico ille spem gratiae facit, & offert. Nonne & tibi cander spem fecit; & quoties: quam ergo debes gratitudinem; quem amorem, quam fiduciam;

2. Inter semen tuum, & semen illius. Hoc erat promittere Redemptorem, ex delendentibus ab Adamo posteris. Hunc deinde promissionem per tot prophetias, & figuram renovavit, ut Ipmem eandem nepotibus Adae ficeret. At tibi non spem adventus fecit, sed prelamentum exhibuit, & tamen magis ei leviebat, qui sperabant, quam tu, qui frueris. Confundere, & post hac responde tanto bene ficio.

3. Deus ipse veniet, & salvabit nos. Iai. 3. Hoc credebant, & dicebant priora secula. Ideo ad eos Christus sua merita, quia erant infinita, extendit. Non ergo deserit quemquam, qui in eum sperat. Putaline minus misericordem in te, postquam venit, si ei fideliter servias? Ubi quis participis merita Christi per Sacramenta, &c. Haec merita semper offert aeterno Patri. Hac unica sunt tuae spei fundamentum.

C 3 FE-

FERIA VI.

Desideratur Redemptor à Patriarchis,
& Prophetis.

R Orate ergo desuper, & nubes pluant ju-
sum. Isa. 45. Quem promiserat DEUS
Salvatorem, voluit desiderari, ut ex parte no-
stra aliqua esset dispositio. Quid minus pro tan-
ta gratia exigere potuit, quām desiderium.
Enī & ad te venire vult D E U S ; & hunc
quām tepidē desideras, quālia nosti tam ar-
denter desiderare. Vult à te DEUS desidera-
ri, qui vult uniti. Pone ergo alia desideria,
ut hoc excites.

M itte, quem missurum es. Exod. 4. Con-
sidera quām ardens corum fuerit desiderium,
celos, nubes, terram, nocte, & die inclama-
bant, ut veniret, qui mittendus erat. Impe-
terarunt hi aiecius accelerationem Incarnatio-
nis. Si advertas ad tuorum desideriorum languo-
rem, non quereris te non exaudiri. Pudeat te,
quod tam ardenter sensu grata, tam tepide
Divina desideria. Quid te impedit quod crea-
tis afficiatis.

Exspectabimus eum, & salvabit nos. Iohai.
25. Transibant secula, augebantur miseriae,
promissus non veniebat, attamen ipse certi ex-
pectabant, tam vivi, quām anima in limbo,
qui nempe & necessitatem suam, & inse-
tudinem promissi beneficii cognoscabant. De-
siderares & tu confiantius, si DEO fideres,
& ne cesses tuas adverteres, si cognosceres,
quantum bonum sit DEUM habere. His nu-
tri desideria.

ADVENTUS.

SABBATO.

De Concepcione Immaculata B. V.

N on dum erant abyssi, & ego jam conce-
ptra eram. Prov. 8. Peccatum origi-
nale abyssus est, qui omnes forbebanur. MA-
RIA est exempta, quia ut ait S. Ansel. De-
cens erat, ut ea puritate, qua major sub DEO
nequit intelligi, Virgo illa niteret. Adver-
te, quantum DEUS attendit ad id, quod sis
debet. O si & tu attenderes, quid te, quid
statum, & vocacionem tuam debeat!

Tota pulchra es amica mea, & macula non
affinit. Cant. 4. Non tantum peccatum non
fuit in B. V. sed neque fomes, neque concu-
piscencia, neque prava inclinatio: sed cum
lumina tranquillitate caro, & sensus suberant
rationi, & spiritui. Sed sensus aliam legem
in membris tuis? Tranquillitatem habebis,
si concupiscentias, & inclinationes oprimas,
si ratio, & spiritus regant, non caro, &
sensus.

In me gratia emmis via, & veritatis.
Ecccl. 44. In primo instanti contulit DEUS
gratiam B. V. habitualem supra omnes homi-
nes, & Angelos: intellectus plenum usum,
& cognitionem DEI; voluntatem amantem
supra omnes Seraphinos; gratias efficas: cum
quisbus statim secundum omnem intentionem
operata est. Quando tu intellectum, quāno-
do voluntatem DEO applicuisti? quomo-
do? an cooperatus es gratis? an coopera-
beris? &c.

DOMINICA TERTIA
ADVENTUS.De Nativitate, & Præsentatione
B. Virginis.

Nativitas tua, Dei genitrix Virgo, gaudium annuntiavit in universo mundo. Ecclesia. S.S. Trinitati: quia filia Patris, Mater filii, sponsa Spiritus S. 2. Angelis: quia eorum Regina. 3. Hominibus: quia eorum protectrix; quibus propriè est Maria. Stella maris, nautragantibus: Illuminatrix crucis, & in umbra mortis positis: Domina: omnibus, ut ei serviamus, eam post DEUM amemus, reveramur. Congaudē & tu. Agnolce in hoc nomine ejus excellentias, & spes tua.

2 Concepisti, & deficit anima mea in atria tua. Pf. 3. Joachim, & Anna tota affectu offerunt DEO filium, & hoc se folatio libenter privant. Quam sanctum est propter Deum se omni folatio privare. An & tu hoc agis? Virgo trimula properat se offere DEO, non ætate, non amore parentum detenta. Quam facile tu impedimentum arridis; denique se DEO cum summa hilaritate offert per votum perpetua castitatis. Quae hic devotione, quæ reverentia; sed quæ tua toties repetita oblatione, quam frigida.

3 Multe sile congregaverunt fisi divitiae suæ supergeoffæ et universæ. Prov. 31. Considera virtutes ab ea in templo exercitas. Cum Deo uniebat se per contemplationem, charitatem, voluntatis sue subjectionem. Proximum, seu simul degentes pueras gessimabat,

ama-

ADVENTUS.

amabit, juvabat, sufferebat. omnibus se subiiciebat: seipsum deprimebat humilitate, ab amore terrenorum avellebat, mortificabat, &c. Oblatus es in domo DEI: has à te ipso virtutes exige.

F E R I A II.

B. Virgo despontatur S. Josepho.

Voluit DEUS futuram suam Matrem sponsari viro. Non detrèclavis Virgo, nec voto timuit, quia se totam DEI gubernationem dederat. Non dubitabat se intactam conservandam ab eo, cuius hinc voluntatem execubatur. Sine te à DEO gubernari, & nullum incurres periculum. Examinapräterita, dilpone futura.

2 Considera causas delponstationis. 1. Ne grava incurret notam apud homines. Consule famam alienæ, præsertim Matris tuae Religionis. 2. Ne ipse etiam de insupta natus, illegitimus haberetur. Consule tuo etiam nomini, dum ad gloriam DEI magis expedit. 3. Ut celaretur ad tempus Mysterium Incarnationis. Disce partus virtutum tuarum celare. **3** Considera qualitates ipsius. Erat quidem Regia stirpe editus, sed pauper, faber ligniarum, justus tamen, & virgo, ut virgo Virginem collaudaret. Quam alia æstimat Deus, alia mundus. DEUS nullitiam, sanctitatem, virginitatem, humilitatem: mundus excellens stirpem, opulentiam. &c. Si ut DEUS prædictæ judicatæ, non tantoper adhæsifles terrenis. Nunc saltem corrigere judicium tuum.

FERIA III.

Legatio Angeli ad B. Virginem.

M Isus est Angelus Gabriel à Deo in ci-
tatem Galilæ ad Virginem. Luc.
1. Expende , quis , quem , ad quem mittit
DEUS Angelam ad Virginem pauperem ,
desponsatam fabro , consecratam DEO . Ta-
les dignatur D E U S legatione Angelorum .
Sed nec te designatur , invisiu[m] legatione in-
teriorum inspirationum . Attende his , quia
à D E O sunt : a[et]ima , & sequere , quia ad
tuum bonum sunt . Melior es[ci]as , si haec tenuis
hoc praefluisse .

Et ingressus Angelus ad eam , dixit : Ave ,
gratia plena . Luc. i. Ingressus , qua reverentia ?
qua modestia ? qua compositione ? Quam lon-
gè minore tu ad D E U M ipsam accedis ? lau-
dat Virginem , retice[re]t te Angelum esse . Di-
scere tui laudes non promere , promere alienas .
Vocat gratia plenam . Hic sola laus coram
Deo . Sed quo tu es plenus ? vanitate , inor-
dinatis affectibus , &c.

Dominus tecum in cogitatione in defi-
derio , in amore . Felix sociens sic es[ci]as cum
DEO . Felix MARIA , n[ost]ra semper cum
DEO . Quām raro tu cum D E O ! Consule co-
gitationes , desideria , & affectus tuos . Ubi va-
gantur ? Collige eos ergo omnes ad D E U M .

FERIA IV.

Angelus intimat Mysterium Incarnationis .

Q uae cùm audisset , turbata est in ser-
mone ejus . Luc. i. Turbatur , id est ,
cor-

confunditur ad tantas sui laudes , ad tantam
Angeli reverentiam . Hoc proprium est hu-
miliū . O quantum distas à Virgine ! tur-
baris ad toi vituperia , exultans ad laudes .
Illa abhorret veras , & meritas ; tu queris
immeritas , & fallas .

Ne timcas , MARIA , invenisti enim
gratiam apud D E U M . Luc. i. Unicam ra-
tionem ad pellendum timorem adducit , quod
fit in gratia D E I . Inexpugnabilis hæc cly-
peus est . Quid enim timeat , quem D E U S
amat ? Quare ergo huic placere , non homi-
nibus . Placeres illis magis , si his minus pla-
ceret voulis .

Ecce concepisti in utero , & paries filium ,
& vocabis nomen ejus JESUM . His erte ma-
gnus , & filius Altissimi vocabitur . Et regna-
bit in domo Jacob in eternum . Ibid. Gratia
te Virginis de tanto Filio: adora Filium : agno-
lice D E U M : crede , ama , & regnanti te subde-

FERIA V.

Explicit Angelus Mysterium Incarnationis .

Dixit autem MARIA : Quomodo fit
istud ? quenam virum non cognosco .
Luc. i. Non dicit non fieri istud , quia tempus
D E O contentiebat : sed quomodo ? Infiniat
votum , & amorem maiorem puritatis , quam
maternitatis , tanti filii de cetero quid D E U S
disponat auditura . Ama puritatem , & ani-
mæ , & corporis majorem , quam antehac .

Et respondens Angelus dixit ei : Spiritus
S. superuenient in te , & virtut , &c. Ibid. Expli-
cat quomodo consistunt Virginitas , & re-
cunditas opera Spiritus Sancti , corpus D E I
Verbo formaturi . Gratulare Virginis , in qua
C 6 Spir.

30 HEEDOMADA III.

Spíritus Sanctus operabatur hoc Mysterium. Vide, ut idem filius in anima tua operetur inspirationibus, non sensus, non anxius proprius, non humani respectus.

Ecce ancilla Domini, fia mea secundum verbum tuum. Ibid. Contentit Virgo. Hoc expectabat SS. Trinitas, Angeli, Patres in limbo, homines. Cum quanta humilitate? Mater DEI se ancillam vocat. Virginitate concepit, humilitate meruit. Hic modus est, quo DEUM ad te trahas, si te deprimas: futurum cum perils, si te elevas.

FERIA VI.

Dotes Christi animæ à Verbo assumptæ.

IN quo sunt omnes thesauri Sapientia & scientia Dei Coloss. 2. Primo instanti perfectissime cognovit omnia naturalia, etiam te, & tua facta. Sed viditne, quod gaudie esse poterat, an quod interiori? 2. Omnia supernaturalia, ac DEUM. Quam felix illa anima! quam tu inselix? Habet non vides, saltem æquali fide fæpius crede. Ex hujus defectu aliis plerisque deficiuntur.

Talis decibat, ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus. Hebr. 7. Ex unione ad Verbum fuit sancta infinita, neque credere potuit. Tu potes: at non crederes, nisi DEO magis uniaris: non uniaris, nisi à creaturis magis recedas. 2. Fuit sancta per summam gratiam supra omnes creaturem. Respic egestatem tuam. Dicitur ieses, si te DEO magis unires. 3. Fuit impeccabilis, quia regebatur à Verbo. Quam tu fragilis? forte quia non patris te à DEO regi.

3 In

ADVENTUS. 21

In ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare. Coloss. 1. Ob unionem habuit omnes virtutes supernaturales, quarum capax fuit. Quantum complacuit sibi in illa DEUS! quam parum in tua! quia egenus, & pauper es. Ne fuerunt otiosæ illæ virtutes; jam tunc in nos influant. Sed quories hanc in te flu-xum non admisiſi.

SABBATO.

Christus primo instanti conceptionis offert se Patri æterno.

Ingrediens in mundum dicit: Hos iam, & publicationem (aliam) nolasti, corpus autem erasti mihi. Tunc dixi: Ecce senio. Hebr. 10. Offert Patri, se, sua, corpus, animam, & quam promptissime, quia cognoscit haec esse ab illo. Quid tu habes, quod non sit à Deo? cur non illi omnia? cur tibi, cur secului multa immolas.

Ecce senio, ut faciam, Deus, voluntatem tuam. Ibid. Vixit statim decretum in sibi à Deo paupertatem, contemptum, passionem, mortem; promptissime excipit ipso primo momen-to Crucem, voluntate tua tota in DEI voluntatem transflua. Confert te cum Christo, quam conformis sis voluntati Divine, præsertim in arduis, quem ames, aut fugias Crucem.

Qua placet sunt ei, facio semper. Jo. 8. Quia summe ei placet gloria tua, & salus nostra; hue statim intentione sua respexit, causa purissima. Perdit omnia, quæ non huc dirigit. O quantam hastenus lecturam fecisti! Quod post hac factoris es, purum sit, ut nihil sensus interveniat.

DQ-

22 HEBDOMADA IV.

DOMINICA QUARTA
ADVENTUS.

B. Virgo Elisabetham invisit.

Exurgens MARIA in diebus illis abiit in montana cum festinatione. Luc. 1. Concepto D E O abit in ardua. Inhabitantis DEI signum est ad difficultas se revolvere. Concepto D E O exit in publicum. Necclarium est latere, donec DEI spiritus sit in te; antea non tuò agis cum proximo. ut Joannem peccato solvat, reliquias amatam solitudinem. Relinquendus Deus propter D E U M.

2 Exultatio infans in utero ejus. & repleta est Elisabeth Spiritu Sancto. Ibid. Effectus hi sunt visitationis MARIÆ, infans mundatur, sanctificatur, nondum natus propheta gelu: Elisabeth illuminatur, agnoscit Matrem DEI, exultat eam, humiliat se se. D E U S omnia nos habere voluit per MARIAM. Haec tuam necessitatem expone: ab hac mendica.

3 Magnificat anima mea Dominum. Ibid. Laudata laudem refundit in D E U M, i e vero humiliat. Quidquid à D E O tibi adfuit, tu ad tuum nihilum redi; magnifica illum, & sublimem de eosentium concipe.

FERIA I.

S. Joseph de Mysterio Incarnationis instruitur.

Joseph autem vir ejus, cum esset justus, & nollet eam traducere: soluit occulte diuinitatem eam. Matth. 1. Videt gravidam, non no-

ADVENTUS. 23

novit Mysterium; angitur, sed non exprobrat, in melius interpretatur: cogitat de dimittenda: sed occulte, ut fama consuleret. Disce 1. prudenter adverba tolerare, non murmurare. 2. alienos defectus apud te excusare; apud alios tegere.

2 Angebat & Virgo, quæ sciebat angi Josephum, se de adulterio suspiccam; se periclitari de dimissione. Silet tamen, neque excusationem affert: committit se D E O innocentie defensori. Etiam de Sanctis sinistrorum tantum judicis: sile, si tibi hoc contingat. D E O te committe, qui providentia sua omnia ordinabit in bonum.

3 Angelus Domini apparuit, & in sonnis dicens. Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam. Ibid. Tribulari vult D E U S justos, non opprimi: praefiat Divina auxilia, cùm defant humana. Docet Mysterium Incarnationis Josephum. Quod tam huic quam MARIÆ gaudium? Ita sunt curæ D E O; qui se illi committant.

FERIA III.

Nascitur Joannes Baptista.

Peperit filium, & audierunt vicini, quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa. Luc. 1. 2. exinendo illam à decorre sterilitatis. Si tam turpis erat sterilitas corporalis, quām turpis coram D E O erat sterilitas animæ! Et hæc tua est. 3. dando filium, qui Erat magnus: coram Domine. Sola magnitudo vera est, quæ coram D E O est. Quid aliam queris?

2 Peperit filium, & audierunt vicini. Con-

24 HEBDOMADA IV.

Confidera , quæ fecuta sunt nativitatem Joannis . Gaudent vicini : alii timent : alii mirantur : recipit loquacem pater : repletus Spiritu Sancto : loquitur benedicens DEUM , prophetat , &c. Quantas mutationes facit vir unus zelofus , si quando comparet in populo :

3 *Quis putat puer iste eris ; et eternus manus Dominus erat cum illo .* LUC. 1. præfigunt magnitudinem Joannis ab Angelo prædictam , ex eo quia manus , & favor DEI erat cum illo , hic tamen favor non fecit eum magnum coram mundo , sed contemptum , deduxit in determinatum , aliut loculis , vellavit melote , &c. Per hanc viam ducit DEUS eos , quos vult magnos coram te . Hæc & tibi eundum .

F E R I A . IV.

Munus , ad quod destinatur Joannes .

1 *H*ie venit in testimoniū , ut testimoniū perhibeas de lumine . JOAN. 1. Testimonium ore , ut Christum prædicaret ; testimoniū opere , ut doctrinam suam sanguine signaret . Ad hoc vocatus es , ut testimoniū perhibeas non ore tantum , laudando , prædicando ; sed multò magis opere , ardua procoagendo , & patiendo . Quid egisti , quid patiū es ; quid in futurum ;

2 *Iste procedet ante illum in spiritu , & victrice Eliae .* LUC. 1. Spiritus Eliae fuit zelosius , igneus , fortis , & impetreritus . Talis fuit Joannes , in eremo ad Jordanem , in urbibus , in carcere , in morte . An & tuus talis ; quam tempidus ; quam debilis ; quam facile deficit ;

3 *Parare domino plebem perfectam .* Non destinatur tantum ad Herodem , aut magnates ,

sed

A D V E N T U S . 25

sed etiam ad plebem excolandam . Demitte te ad vilissimos , quoniam nullus est vilis anima . Idem omnium est pretium , Sanguis Christi . Hoc exemplum Christi , hoc vocatio tua exigit .

F E R I A . V.

Expectatio Partus .

2 *Q*uem conceperat B. Virgo , summè desiderabat parturire : quis sciebat eum omnium saluti datum , ut hoc opus apertere inchoaret . Desiderabat eum quidem utero sibi unitum habere : sed prævaluuit affectus salutis aliorum . Quoties tu DEUM concipis per bona propria , quam tard parturis ; Inſtendunt his : alias oratio fuit . Sepone quandoque etiam spiritualem tuam consolatiōnem , ut saluti aliorum servias : multo magis solita sensum . Non perditur sic DEUS , sed paritur .

2 *Agnita DEI voluntate , ut Christus nascetur , desiderabat hujus partum B. Virgo , ut eum etiam corporalibus obsequiis prolegetur , videret , ocularetur , stringeret , gessaret , serviret . Non solum affectum , sed etiam externa opera DEO impende .*

3 *Ad hunc partum qui se disponebat .* Per intenſissimos virtutum omnium actus . Non una virtute te , nec lenta ad DEUM in te pararendum dispone . Necesse est omnibus , & in gradu heroico . Quas habes ; quo defunct . Heroicis affluece , quæ servidam , & constanter resolutionem postulant .

F E .

F E R I A VI.

Beneficia à Christo in utero existente
Sanctissimae Matri collata.

Gestavit filium sine gravedine, sine dolore, & tædio. Facile gestatur, quod summè amatur. Privilegium hoc fuit Virginis, non tuum. Tibi dictum est, *in dolore partus filiorum*, id est, proposita tua etiam per difficultates in opacitatem reducenda: facilior fuit, siames. Gravis est tibi doctrina Christi, amas; amor omnia dulcorat.

Considera, quam adoratum reliquerit Christus thalamum uteri. Qui tantas B. Virginis gratias primo instanti, quo conceptus est, contulit; in quantum putas eas cumulaverit per decennias? quam intellectu lucem, quem affectum voluntati indidit? Gratulare Virginem. At unde tua cœcitas, & tepiditas, cum sapientia DEUM recipias? Forte quia non pateris eum diu tecum morari, dum te statim ad alia effudis.

Considera filios alios nobilitatem à matre accipere, quoniam *partus sequitur ventrem*. At hic mater à filio accepit. Regina enim omnium est, quia Mater est Regis universorum. Ab eo nobilis eris, quod pepereris, id est, à tuis actionibus Christo conformibus, non à doctrina, non ab estimatione.

S A B B A T O.

Iter Virginis in Bethleem.

Existit etiam à Cesare (Luc. 1.) licet ex superbia, & avaritia: B. Virgo tamen

A D V E N T U S.

27

men reveretur in Imperatore terreno auctoritatem DEI: non excusat se gravitate, temporis iniuste. Nonne hinc dicas Superiores tuos loco DEI habere, etiam in durioribus imperiis?

Aspergit & Joseph, ut prefigeretur cum MARIA, Ibid. Decreverat DEUS, ut filius pauper, & contemptus nascetur. Ordinat, ut eodium Cælaris prodeat. Hinc constringi videtur, ut in Bethleem cat. Sed hac necesse est tegit suam voluntatem patiendi, humilitatem, patientiam, paupertatem. Quid ego? prodeo sub virtutis colore, sed delicta celo, anno commoditytes, &c. O pudor!

In propria venit, & sui eum non receperunt. Joan. 1. Comitare undiq; mendicantem hospitium B. Virginem. Vide, quam indignè excruciat. Expeude, quis eius fenus maximè, quod sui eum non recipiant, qui recipiunt alienigenas. Nonne & tu DEUM quandoque cor poliantem excludis? & cui das locum? aperte ergo post hac illi, clade vanitati.

IN NATIVITATE DOMINI.

Filium est autem, cum esset ibi, implessum est tempus, ut patraret. (Luc. 2.) Ubi? Considera vilitatem loci, tempestatem perfrigidam, tempus noctis, circumduique miseriam, & paupertatem, visut in te nascatur Christus? esto tibi vilis, frigescant tue passiones, ama latere, esto pauper, & humili. Amat & in te ea filius DEI, quæ pro se elegit.

Et peperit filium suum primogenitum. Ibid. Considera, quibus actibus reverentia, humilitatis, adorationis, amoris B. Virgo filium suum

28 NATIVITAS

suum excepit ; & statim pro mundi salute Patri obulerit. Audi vagitum , vise lachrymas : quare , cur fleas ? Audi respondentem , quod non habet imitatem , & illuc tu cum sequi .

3 Et pauperis cum invaleat : Ecce paupertatem matris , & filii . **Eredivisit eum in praesepio :** Ecce quomodo à teneris DEI filius in commodities amat . Et cur tu fugis ? **Quis noster est et locus in diversiori :** Qui creavit te in habitatculum sibi , non invenit locum apud te . & invenit , qui te it perditum .

DIE XXVI. DECEMBRIS.

Sensus DEI , B. Virginis , & Angelorum in Nativitate Christi .

Cogita ab eterno Patre tibi ipso Nativitatis instanti dici . **Hic est filius meus dilectus , in quo misericordia complicitur .** 2. Tibi donariab o filium , & ejus merita . Quam dives his eris , si bene utaris , & tibi applices . 3. Filius vero Patri offert se Iesum in ultimum pro peccatis tuis . Quis amor iste in te ? Quomodo es meritus ? Offer quoque te ipsum in vitam DEO .

2 Considera , quas gratias B. Virgo retulerit ob confermatam Virginitatem . **Aestima** , & custodi tantum thesaurum , quem illa tanti fecit . 2. Quomodo obulerit cum eterno Patri , quomodo mundo , quomodo tibi ; suscipe munus , ama , fore , utere in bonum tuum .

3 Considera revelatum Angelis , dictumque . **Et adorant eum omnes Angelos .** Credo ergo ad iste Angelos , admiratos illum exi-

nanitionem , paupertatem , &c. Et tamen non eorum causa haec agerat Christus , sed tui . Quæ tua ergo obligatio , non tantum admirandi , sed etiam imitandi hanc exinanitionem ?

DIE XXVII. DECEMBRIS.

Christus natus annunciatur Pastoribus .

1 Pastores erant in regione eadem vigilantes , & custodiientes vigilias noctis , super genitum suum . **& ecce Angelus Domini festis iuxta illos :** Luc. 2. Quibus revelat se Christus , Pastoribus , simplicibus , & humilibus : vigilantes , & attentis ad occasionem boni : custodiens greges passionum , & affectuum suorum . Suntne in te haec qualitates , ut merearis tibi DEUM revelari ?

2 Et claritas Dei circumfusa est illos , & timore timore magno . Lumen , & cognitione DEI Majestatis excitat in anima sacrum quandam horrorem , ac reverentiam . O quam parva tua est in DEUM reverentia in tuis spiritualibus exercitiis ! Unde ? quia modicum est in te lumen , & non formis sublimem de DEO , rebusque Divinis admirationem . Si aestimabis , reverberis .

3 Evangelio tibi gaudium magnum , quod erit cenni populo , quia natus est vobis Salvator . Gaudent Angeli de nostro bono . Dicte gaudere de bonis aliorum . Gaudium nobis annuntiant . Argumenta gaudii sunt , quod natus Salvator , quod nobis , quod habet . Est Salvator tuus , sed non salvabit te sine te . Coperari ergo oportet ,

nani-

DIE

DIE XXVIII. DECEMBRIS.

Datur signum Pastoribus , & canunt Angeli.

Et hoc vobis signum : invenietis infans pannis involutum , & postea in presopio . Luc. 2. Salvatorem populorum annunciat Angelus , & dat ejus signa tam villa ! DEUS nemp̄ non invenitur , nisi in humilitate , & contemptu terrororum . Elige haec ad maiorem Christi imitationem , etiam si par omnino esset in deliciis , & honoribus DEI gloria .

2. Et subito fulta est molesta militia angelorum exercitus laudantium Deum . Ibid. Quia DEI Filius te tantoperē exinanivit , Pater eum per Angelos honorat . Quanto minorem ipse tui curam gesleris , tanto majorem geret DEUS . Ubique terrena solertia abjeceris , aderunt coelstia . Quid laudabant Angelii ? Infantis sapientiam , tenelli potentiam , despicio gloriam , DEUS erit , & manifestat , quae latenter hunc te committit .

3. Gloria in excelso Deo , & in terra Pax bonis in bonis voluntatis . Ibid. D E O soli debetur per omnia gloria , non tibi . Si can tibi arroges , DEUS te confundet ob furtum rei alienae . Quoties eam DEO surrequisti ? Red , quod non est tuum . 2. Pax datur hominibus bona voluntatis . Bona voluntas directa per solidas veritates , prompta , resoluta , servida , est principium omnis boni , & pacis inter nos . Reslest te ad ipsum . & ex te ipso difices esse verum . Ideo hanc voluntatem excita , & conserva .

DIE

DIE XXIX. DECEMBRIS.

Pastores se hortantur multū ad invisen- dum Salvatorem .

Ut discelerunt ab his Angelii , Pasto- res loquebantur ad invicem (Luc. 2.) de his , quae Angelii decantarunt . Non sunt ergo statim eorum obliiti , ubi Angelus dispa- ruit : quemadmodum tu facis , qui elapsa ho- ra meditationis , vix postea cogitas , quod lu- men habueris , quod propositum . De hoc in- terdū si pīpi tibi loquere , dum practicandi est occasio .

2. Transcamus usque Bethlehem . Ibid. Non sicut pura rememoratio eorum , quae audi- ent , sed pratica ; ex qua conculerent tran- fissi . Cura , ut tales sint tue . Meditaciones , quibus tibi loqueris : ut semper conclusas tran- scutum , vel ab imperfectione ad virtutem , vel ad altiorē virtutis gradum .

3. Et videamus hoc verbum , quod fallit nos , quod Dominus ostendit nobis . Ibid. Vol- lunt experiri , quod audierant . Quanta often- dit tibi Deus , cum tibi interius loquitur ! De- bes ea opere expecti : alias trufrustrus Deus suo hinc tu fructu . Si haec tamen id fecisles , quantus evasisset ! Ipsi tibi impedimento iuri- fi , sis ipse tibi stimulo .

DIE XXX. DECEMBRIS.

Pastores veniunt ad praesepē Domini .

Et venerunt festinantes . Luc. 2. Et li- Angelus non mandaverit , quia timet

Deo

Deo gratum fore illum transitum intellexerant, festinarent eo magis, quo maius erat desiderium. Ubi lumen haustili, & propulsatum statuisti, festinandum est, & prima exequendi occasio accipiens. Facies id, si verum sit in te desiderium. Hoc in meditationibus tuis semper excita.

² *Etsi in senectute MARIAM, & Ioseph, & infanteum præsum in præsipo.* Ibid. Cogita, qui corum fuerint affectus, submissionis, admirationis, laudis, gaudii, &c. Correspondit eventus lumini, quod Angelus dedit, quia properarunt experiri. Propera modò ad opus propositum, sic invenies JESUM, aut ejus virtutem. Cur id haec tenus non fecisti.

³ *Videntes autem cognoverunt de Verbo, quod dictum erat illis de pueri hoc.* Ibid. Diculum erat illis: nondum erat plena cognitio, Viderunt, & tunc demum cognoverunt. Experiencia virtus dicitur. Audivisti tibi loquentem Deum in meditatione: est initium hujus scientiae. Accedead opus, tunc plene cognosces. Quia id non praetitishi haec tenus, inde es tam rufus.

DIE XXXI. DECEMBRIS.

Reditus Pastorum à præsipo Domini.

¹ *MARIAM autem conservabat omnia ipsa ea hec, conservans in corde suo.* Luc. 2. Habes exemplar meditantis, MARIAM. ¹ *Conservabat verba à Pastoribus in laudem Christi dicta: quid tu conservas corum, quae tibi Deus dicit?* ² *Omnia.* Quare non omnia lumina in præmix trahis? ³ *Conserbat in corde.* Dèbes ea saepius in memoriam revoca-

re, captere occasionem esequendi.

² *Reverentes Pastores glorificantes, & laudantes Deum.* Ibid. Ex conversatione cum Christo, remanserunt in illis affectus gloriosi Dei, quos retulerant ad officium suum. O felix! si ex meditatione tua referas tales affectus, colque in officio tuo exercetas! Miser si hoc non facias! Quanta enim perdis?

³ *In omnibus, que audierant, & viderant.* Ibid. In omnibus glorificant Deum. Nihil praeter occasionis, quo id exercebas, cuius lumen habuisti. Multas inuenies occasiones, si attendas, & tuo lucro; multas perdes, & tuo damno, si non attendas. Et sic Deum glorificabis, quod facias, quae ipse ingressit.

DIE I. JANUARIL.

De Circumcisione Domini.

¹ *P*ostquam consummari sunt dies otio, ut circumcidetur puer. Luc. 2. Christus à lego exemptus erat, quia peccatum nos habebat per eam abhominum. Valt tamen subesse legi, quamvis dure. At tu leges, quamvis faciles, facile transgrederis: difficiles declinas. Et hoc Christum imitari? resolve te etiam ad ardua, vides Dei voluntatem.

² *Ut circumcidetur puer.* Considera B. Virginem à Deo electam refolviſſe se ad filium circumcisionis subficiendum. Amabat filium tēnerrimē, sciebat, quis illi dolor inferendus esset. Non dat locum affectui, quia sciebat voluntatem Dei. Ubi se Dei voluntate conſtat, seponit affectum. Offendatur proximus? sed Deus iacet. Utri atqueales? utri attendunt hislentis.

34 CIRCUMCISIO

3 Us circumcidetur puer. Considera dolorem, quem fererit Christus, quia erat tenetius infans, complexionis delicatissime. Hunc prævidit, quia habebat perfectum usum rationis: & tamen voluit legi parere. Quantum disto à JESU meo! ubi modicum confusio[n]is, aut doloris prævideo, quantum fugio? sed ab hoc die non fugiam: immo ambiam ad maiorem imitationem Jesu.

DIE II. JANUARII.

Quos fines habuerit Christus suæ circumcisio[n]is.

1 Considera primum ejus finem fuisse, ut ostenderet se verum, nonphantasticum corpus assumptissimum, & se esse hominem nobis similem, doloribus subiectum. Gratias agere, adora hoc corpus. Sed disce, non esse contentus specie, seu apparentia virtutis, sed veram, quare. Hanc autem probare debes circumcisio[n]e mortificationis.

2 Secundus finis fuit, ut se declararet filium Abrahæ, cui lex illa data fuit. Nec abserruit cum dolor, aut confusio. Esne Religiosus? non es, si id non probas circumcisio[n]e mortificationis: si te confusio[n]is, aut doloris timor à professio[n]is opere avertit. Non sic ages posterum.

3 Tertius finis fuit, ut jam tum adhuc infans suum in nos amorem testaretur. Insigne enim amoris argumentum est, pro eo pati, quem amas. Quis vicissim tuus in DEUM est? amor? paterline pro eo? habefine promptam ad ardua voluntatem, ac desiderium? Excipi[re] prompte, & amanter seu oblatu[s], seu

CHRISTI DOMINI. 35

imperata? Hæc in posterum tui amoris exhibe documenta.

DIE III. JANUARII.

Præcipue virtutes à Christo in circu[m]fessione exhibete.

1 P rima sit Obedientia. Non tenebatur lege, & se subjecit. Et quoniam circumcisio era prototypus subjectionis ad universam legem, significavit se illam totam servandam iustipere, quamvis gravis esset. Si is tam grave jugum tui cau[s]a iustipere; cur tu cum tam leui jugo Religiose Regule nocturnis? cur si[mp]e excutis, cuius fructus est tuus? At non te obligant sub peccato? Ideo suavius est jugum. Amplectere.

2 Humilitas. Circumcisio erat remedium peccati originalis: arguebatur id contraxisse qui circumcidebatur. Christus nec peccauit, nec peccate potuit: accipit tamen peccati stigma. O humilitas DEI mei? sed o superbia mea! Re ipsa peccator sum, & videri nolo. Discam libenter confundi, nec querana alius videri, quam sum.

3 Charitas, qua properauit pro me in vulnera. Amor mei non imperauit illi gloriam, aut delicias; sed vulnera, & sanguinem, &c quidem in infante. O quam serò ego te amavi! sed quam etiamnum tepide te amo, dum duris, & alperis amore me testari fugio.

DIE IV. JANUARII.

De impositione Nominis JESU.

Vocatum est nomen ejus JESUS. *Luc.*
 2. Quando? In ipsa circumcisione; quando signum peccati accepit, & se infinitè humiliavit: tunc DEUS dedit illi gloriosum nomen, quod est super omne nomen. Ita DEUS elevat eum, qui se humiliavit. Habet nomen socii JESU, ut illud dignè feras, cito focus humiliatus.

Vocatum est nomen ejus JESUS. Quando? in ipsa circumcisione. Adeò nomen JESU ipsi JESU sanguine constituit. Habet nomen socii JESU, ut illud dignè fuisse, circumcidit, immò mortificari est opus. Hoc instituti nostri ratio à nobis postulat. Fecisti id haec nus facies impollerum? Quomodo?

Vocatum est nomen ejus JESUS. Quando? In circumcisione, quia se obligabat ad impletandam totam legem antiquam. Habet nomen socii JESU. Vide quām te hoc obliget ad observantiam Regularum. Singulæ enim continent quandam imitationem JESU. Examina, reflecte, statue.

DIE V. JANUARII.

Causa Nominis JESU, & quam nobis inferat obligationem.

Ipsorum salutem faciet populum suum. *Luc.* 2. Ideo vocatus JESUS Salvator. Nomen hoc quam aptè convenient rei significat, Nomen habet socii JESU? habefine etiam

CHRISTI DOMINI. 37

etiam zelum salvandi animas? Nomen sine actu ignominie tibi erit. Excita ergo in te exemplum Christi.

1. Discendat ab iniquitate, qui nominat non men JESU. 2. Timot. 2. Si reputat indignum Paulus nomen JESU pronunciari à peccatore; quantò indignius erit, nomen JESU gerere, & peccare? Hæc ergo prima est obligatio, ut non pecces, qui hoc nomengeris, ne levissime quidem Examina, dole, proponere.

3. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini JESU, &c. Hæc secunda est obligatio, quam etiam ipsum nomen a te possulat. JESUS, & ejus gloria sit initium, sit medium, sit finis operum tuorum, & verborum; nec aliud quare. Examina, timo, dole, ama, &c.

DIE VI. JANUARII.

De vocatione Magorum.

Cum natus esset JESUS, erat Magi ab oriente, &c. *Matt.* 2. Eodem tempore manifestauit se Iudei per Angelum, gentibus per stellam, Agnolce bonitatem Dei, qui neminem vult exclusum à gratia, quamvis impenitentem, & relinquentem. Expertus id est ipse. Recogita annos priores, & intelliges; miraberis, quod te Deus ita sit profectus; dolabis, gratias ages, propones, petes gratiam.

Videmus stellam. Quidam infelix status concepit gentilitatis ante natum Christum! sed hodie vidit lucem magnam. Cogita, quis olim status anima tuae ante octam stellam vocacionis? quis hodie? Detestare priorem, gratias age pro presenti.

3^o CIRCUMCISIO

3 *Vidimus stellam*. Vocab cos per stellam, quia dedit erant stellarum speculacioni. Ita Deus in oculis modo accommodat se hominum inclinationi, & simul erudit internò, quid stellae significet, & mouet illorum voluntatem.
 Awoice 1. gratiae necessitatem, sine qua ad peccatum non venies. Hanc ora 2. Disce experientiam illorum inclinationes, quibuscum agis, & per eas illas lucras. 3. Dilice ex creatis ascendere ad increta, ut ille ex stella stellarum Dominum agnoverunt.

DIE VII. JANUARII.

De Magorum ad vocationem cooperatione.

1 **V**idimus. Matth. 2. Non soli tres, sed forte eti alii omnes in eadem regione viderunt stellam: soli tamen tres eam secuti sunt. Verè multis sum vocati, pauci verè electi. Quot stellas Divinatum inspirationum habuerunt Deus? quam paucis es secutus? Dole time, ora plares, & slude vocationem tuam certam facere per bona opera.

2 *Vidimus: venimus*. Ut viderent, Deus dedit: quod venerint de suo addiderunt. Frustra est gratia, ubi non est cooperatio. Vide, ne gratia Dei in te vacua sit. Nullam negligere, quia forte quævis est ultima.

3 *Vidimus: venimus*. Inter videre stellam, & venire nihil interponitur: statim enim videnti Deo obediverunt, non retrahiti tam multorum exemplo, quos cura domus, affectus propinquorum, propria commoda retinebant. Dilice non differe, dum lumen habes. Rumpere vincula terrenorum afflictuum.

DIE

CHRISTI DOMINI. 39

DIE VIII. JANUARII.

De egressu ex Patria, & itinere Magorum

1 **V**idimus: venimus. Matth. 2. Non ignorant itinerum molestias, terrene, & aeris iniurias: fortè & plura sibi praefigunt animo, & tamen iter aggrediantur. Magna generofitas! Hoc volentibus ad Deum iter semper est necessaria, hoc enim iter molestissimum caret. Confortare ergo, & esto robustus, ac generofitas cape resolutiones Deo consilios.

2 *Vidimus: venimus*. Iter incepit, quia vocati, quo? ignorant, generose, & intrepide se Divinitate committant vocationi. Fiducia illa stellam ducem merita est. Quam siccè times aliquid aggredi, quia eventum necis. Ubi credis Deum vello, resolute te, fide: qui dedice velle, dabit, & perficere.

3 *Vidimus*. Considera, quis per iter fuerit eorum sensus, habito semper pte oculis stellae miraculo? quae Dei gratiae? quae in adversis patientia? quod Christi desiderium? quae cum inveniendi cura? Confundere, quod cum tot luminibus tam parvum habecas desiderium Christi, & inveniendi cutam. Gratias age pro luminibus, ora plura, & efficacia, sequi statue.

DIE IX. JANUARII.

Tres Magi Hierosolymam ingrediuntur.

1 **U**bi est, qui natus est, &c. Matth. 2. Quia stellam amiserunt, necesse habent

D 4 ex

40 EPIPHANIA

ex hominibus querere. Sed quæ causa amissio
se stellæ? Forte voluit Deus corum confian-
tiam probare. Solet enim etiam Sanctis eri-
pere folia spiritualia, & ariditatem immi-
tire. Quid ages tali casu? Ecce Magi per-
gunt, intrant ciuitatem, ipse pleni, quod
Deus medium suggester. Tu pariter ne cade
animo.

3 *Ubi es, qui natus es Rex Iudaorum?* quâm intrepida animi magnitudo! In ipsa
urbre Herodi sublita, viuo, & regnante He-
rode rege, homine ambitioso, querunt de
novo rege, non sine vita periculo. Fides
viua, & ardens desiderium expunxerunt me-
rum periculi: quoties tu ob leves metus,
vel non fascipis pro Deo, quæ parum sunt
ardua, vel sulcepta deseris? Confundere, emen-
da.

3 *Audiens autem Herodes turbatus est, &*
emisit Hierosolymam curare. Matt. 2. Turbatur
Rex ambitione Regni, quod timet perdere:
turbatur populus Regis studio, quem timet
offendere. En quomodo vel unus ad terræ
affectus, una inordinata passio pacem animi
turbat. Amas hanc pacem? elice animo inordi-
natos affectus.

DIE X JANUARII.

Herodes querit, ubi Christus nascatur.

Et congregans principes Sacerdotum, &
scribas populi, Matt. 2. Quâm admiranda
Dei prouidentia! Herodes malevolus,
Sacerdotes iniqui serviuunt ad dirigendos Ma-
gos. Lauda, & magnifica hanc. Si vero
cognoscere vis Dei voluntatem, ejus mini-
stros,

CHRISTI DOMINI.

41
flos, Superiores tuos confule. Et si iniqui
sint, Deus non patitur illos in eo errare, quod
per te vult fieri.

2 *Sciscitatibus ab eis, ubi Christus nascere-*
tur. Ibid. Quâm pia in speciem questio! quâm
finister in corde affectus! quâm sancti videri
volunt affectus pessim! Non finas passionem
ulam dominari: etiam te dementabit, ut
quod facis passione, excutes virtute; quod ex
ira, vestias zelo, &c.

3 *At illi dixerunt in Bethelemy Iude.* Ibid.
Sciuerunt hoc ex scriptura, quam allegant;
docent hoc Magos, & tamen stolidi ipsi JE-
SUM non querunt tam sibi vicinum. O in-
grati! Quanta tu audis, quanta scis, per quæ
venire possis ad JESUM! & cur non facis, ob-
icit ipsum scire, si nolis facere.

DIE XI. JANUARII.

Herodes cum Magis agit.

Clam vocatis Magis diligenter didicit ab
eis tempus stellæ. Matt. 2. Quo fine?
ut inde colligeret aetatem pueri, & deinde in
eam aetatem lavaret, ut Regem extinguaret.
Et adverte illud: diligenter didicit: si filii ini-
quitatis diligenter arripiunt media ad suos fi-
nes pessimos, quid te facere oportebit ad san-
ctos fines?

2 *Ite, & interrogate diligenter de puero; &*
cum inveneritis, renunciate mibi. Ibid. Vide
progressum malitiae. Herodes jam ipsos Ma-
gos vult inducere, ut cooperentur suæ pas-
sionis. Hæc est natura passionum indomita-
rum, semper ad pejora prosperrunt. Hæc tibi
sit ratio, ut ad eas opprimendas animetis.

D 5 Vide

42 EPIPHANIA

Vide ergo, quæ sit in corde, & tempestivè
culturum admovere.

3 Ut & ego veniens adorem eum. Ibid. Men-
daciū est: dic clare: ut occidam eum. Hu-
cque enim progreßus est paſſio, ut ad ſtabili-
endum regnum, velit Chriſtum peremptum.
Indignare, detinare. Veſis & tu ad ſtabili-
endum tibi caeleſte regnum, peremptum amo-
rem proprieum, & pravos affectus. Nam minus
hi cum illo regno ſtarre poſiunt, quam vivus
Chriſtus cum terrefiri, aut Herode vivo.

DIE XII. JANUARII.

Magi diſcedunt Hieroſolymis, & ve-
nient in Bethlehem.

Qui eum audierint Regem, abierunt.
Matth. 2. Confidera, qua ſollicitu-
dine Chriſtum queruntur. Id ſolum agunt in
urbe, quod ad hoc fervit, queruntur, ubi naſca-
tur: intelligent. Hoc habitu ſlatim profe-
quantur iter, ne patiuntur ſe curioſitatis
rum detinere. At tu in ſucepto virtutis iti-
nere, quo diverticula ad creatures queris?
quam lete progrederis? Non ſerio vult, qui
lente vult.

2. Et ecce ſtella, quam viderant in oriente,
anteceſdebat eos. Ibid. Amiſam ſtellam tote-
rarent cum patientia, & ſpe, non defiſiunt tam-
en abieciere. Ideo conſolatur eos Deus re-
miffa ſtella. Vide, quam bonus eſt Deus in
eos, qui tempore deſolatiōni nihil remittunt
de virtutis progreſſu. Ne ergo animo concide,
ſi abit conſolatio, fer patienter, & ſpera. A-
derit rurſum Deus: huic te committe.

3. Uſque domi veniens forſt ſupra, ubi erat
puer.

CHRISTI DOMINI.

Ibid. Quo deduxit tandem hanc ſtellam?
Ad Deum quidem, quam querebant; ſed tam-
en etiam ad viſe ſtabulum. Vide, quod ſtel-
lae, ſeu cognitiones tuae te ducant. Si ad va-
nitatem, exiſtimationem, &c. ignes fatui
ſunt: ad vilitatem, & contemptum tui,
ſtelle Dei ſunt. Has ſequere, & Deum ti-
bi monſtrabunt.

DOMINICA I. POST EPIPHANIAM.

De adoratione Magorum.

Et intrantes domum invenerunt puerum:
cum MARIA Matre eius. Matth. 2.
Confidera, 1. Hos Principes non horroſile
fordeſ ſtabuli, non delipſiſe paupertate,
aut infirmitatem infantis; ſed internē illu-
ſtratos agnoveri hunc puerum eſſe DEUM.
Lauda DEUM, gratulare Magis. Neque tu
horre paupertatem, aut contemptum. Poff-
quam enim DEUS pro te vilis faliſius eſt, non
invenies eum per gloriam, & exiſtimationem.
Refleſcie, dole, confidera, pete.

2. Et prouidentes adoraverunt eum. Ibid.
Procederunt priuim, non tantum corpore in
terram in reverentia ſignum, ſed etiam ani-
mo in ſuum nihilum, agnoscendo ſe inadequa-
que ab hoc Deo pendere. Deinde adorarunt
perfetto cultu latrīa: quia DEUM cognove-
runt. Ecce quam ſui exiſtimationem excitat
DEUS cognitus? quam reverentiam? quam
animorum ſubiectionem? quem ſui contem-
ptum? Excelleres hiſ, si DEUM bene noſ-
les.

3. Et prouidentes adoraverunt. Confidera
qui fuerint eorum affectus. 1. Eos gratias
D. 6. egit.

44 EPIPHANIA

egile , quod venerit in mundum ad redi-
mendos homines . 2. Qued per stellam eos
ad se deduxerit . 3. Obtulisse se ad perpet-
ua eius obsequia servos infimos . Excita in
te cordem affectus , & offer te ad quævis
ardua .

FERIA II.

De oblatione munera .

Aperiens thesauris obulerunt ei manu-
ta , aurum , thas , & myrram .
Match . 2. Fidem testantur opere ; nec com-
parent vacui ante Regem . donant illi , quid
quid habent pretiosum . Nec dubium est ob-
tulisse etiam , quod iisdem ministeribus desi-
gnatur ; cum auro charitatem ; cum thure de-
votionem ; cum myrra mortificationem .
Credis DEUM ? operibus proba . Offer ei-
dem tria hæc mystica dona , sed oblata fe-
mel non amplius recipe .

2 Obsulerunt ei munera . Considera quam
grata fuerint hæc munera Christo . Domino ;
non quia pretiosa ex materia , sed quia con-
juncta erant , 1. cum viva fide , 2. pietate , 3.
humilitate , & subjectione , 4. amore . Deus
enim solus testimatis , ex quanto affectu , non
quantum dones . Cum igitur offers manus tuum
Deo , affectum procura .

3 Obtulerunt ei munera . Considera , quid
Deus , qui se liberalitate nostra vinci non pa-
ritur , his donis repperderit . Et si nihil con-
flet , considerare tamen licet , retulisse auro
augmentum sapientie , & claritatis : thuri ,
orationis , ac devotionis : myrræ , incorrup-
tionem , seu gratiam , quæ præservati fu-
rint à peccatis . Nihil fructu Deo dabis ; quo
plus

POST EPIPHANIAM . 45

plus dederis ; plus accipies , dabis vilia , acci-
pies pretiosa .

FERIA III.

De reditu Magorum in regionem suam .

TEr responsu accepto in somnis , ne redirent
ad Herodem . Matth . 2. Perplexi ha-
bant , an eadem , analia via redirent . Recur-
rile ad Deum crediderim , & oratio lumen ,
Deus mittit Angelum , qui doceat . Agnosce ,
& lauda Dei providentiam , quæ suos regit .
Committe te illi , maxime in dubiis , & ad-
versis , certas , quod aderit .

2 Responso accepto , ne redirent ad Herodem .
Prompti sunt , et si via suggestur forte longior ,
molestior , ignota : nec penit habent
promissæ redditum Herodi , cum Deus alius
jubet . Disce posthabendum respectum , &
motiva humana , cum quid Deus , vel Super-
ior jubet : cundum vias , qua te Superiores ,
& Regule dicunt . Reflecte in priora , ordin a
futura .

3 Post aliud viam reversi sunt in regionem
suum . Ibid . Priore via amiserunt stellam , inci-
derunt in Herodem , inciderunt in periculum
promissione redditus data . Quid fieret , si redi-
rent ? Facians te propria pericula cautum . Noli
ēd redire , ubi expertus es , te deliquisse ; vita
ta occasione vitabis periculum . Quād sapere id
es expertus !

FERIA IV.

Ex infantia Christi dilice mundi contemptum .

Nolite diligere mundum . 1. Joan . 2. Ita
te JESUS exemplo suo alloquitur ;
Naſci-

46. HEBDOMADA I.

Nescitor secretō , in nocte , sine pompa , si-
ne hominō curiū , ignotus omnibus ; &
natus non se Regibus mundi , sed despiciens
solum Pastoribus promulgat . Non est hoc
vele latere ? Quid ergo tu queris lucem ,
Dicce factē latere , & solitudinem amare ,
te plebi potius communicare , quam incli-
tis .

2. *Nolite diligere mundum.* Considera Chri-
stum à nemine ex vicina Bethlehem , à nem-
ine ex Ierusalem visitatum . Non ignorabant
hi natum , qui Magos ipos docuerant , ubi
nascetur . Manifesto ergo totis 40. diebus in
stabulo despiciens à suis , qui poterat sui ho-
norem omnibus impetrare . Non est hoc mun-
dum contemnere ? Et tu voles tibi applaudi-
re gloriari ? uter errat , tu ? an Dei Filius ?

3. *Nolite diligere mundum.* Considera acce-
pisse quidem Christum à magis aurum ; po-
terat meliorem sibi commoditatem curare ,
unde magis ab hominib[us] estimaretur , qui
transfentes cum videbant & contemnebant
Non est hoc mundum despicere ? cùm eju-
plausum habere possis , nolle ? At quam t's
follicitus es , ut vel lucreri estimationem u-
vel non perdas . Elige contemptum ad ma-
jorem Christi imitationem .

FERIA V.

Disce ex Infancia Christi Humilitatem .

1. *D*isce à me , quia misericordia mea , & humilis
corde . Matth . 11. Ita ad te clamat JESUS ex stabulo , ex praesepi , ex pannis . Humi-
litatis est desensus ad vilitatem . Ad quantum
descendit DEUS , qui est infinita dignita-
tis !

POST EPIPHANIAM . 47.

fictus homo , fersus , famili peccatori-
bus . Admirare , gratias age , ama . Et tu au-
debis superbire ? Ex necessitate tibi convenit
humiliari , quia re ipsa vilis es . Excede vi-
litate tuam , & deprime cor tuum .

2. Considera , quomodo Christus in stabulo
occultat majestatem Dei , & perfectiones ;
Sapientiam , potentiam , gloriam , divitias
&c. adora tu illas . Mirare , lauda , gratias
age humiliato Deo . Disce tua non jaclare , &
gratias occultare .

3. Considera , Christum omnia viliora ele-
gisse : pro Matre pauperem , & despiciens
puellam , pro nutricio fabrum , pro habitatio-
ne stabulum , pro cunis præsepe , pro ledo tec-
num , &c. Ante meliora affectabis ? an debe-
ri tibi judicabis ? Confundere , vilis homo , dam
pro te Desuictus est viuis .

FERIA VI.

Disce ex Infancia Christi Paupertatem .

1. *P*ropter nos ego natus sum . 2. Cor . 4.
Quis ? Dominus uisворorum , in cuius
domo iunt gloria , & divitiae ; qui omnibus
dat abundanter , pro te nihil habet super-
fluum . Inspice pauperem eafam : oblu-
psee : aestima paupertatem , quam tanti fecit
Deus , ut cum eam non reperiret in celo , in
terrīs quæsiverit . Sed responde etiam super-
fluu à te , ut JESUM propriū imiteris .

2. *P*ropter nos ego natus sum . Non tantum
care superfluis , sed vix necessaria habet , pan-
ni vilissimi , & paucissimi ; cunæ prælepe ; ie-
sus scutum , & ut se calefaciat , halitus anima-
lium . Obluopeice pauperem Deum . Confun-
dere ,

48 HEBDOMADA I.

dere , qui vis pauper esse , sed desectum non pati , qui si forte occurrat , inquietaris , murmurabis . Disce cum paupere JESU etiam necessarium desectum tolerare .

3 Propter nos ex eis fatus est . Non tantum necessariis carnit , sed ea quaet etiam habuit , vilissima fuerunt , & incommoda ; stabulum frigori pervisum , panni villes , praeseppe durum , ictum asperum . Estima , & dic cum Bernardo : Quanto promi vilius , tanto milius charior . Nonne haec te confundunt , qui licet mundum deferueris , adhuc amas , & quaevis tuas commoditatis ? succine imitaberis JESUM ?

S A B B A T O .

Disce ex Infante Christi Obedientiam .

Humiliavit semetipsum fatus obediens . Phillip . 2. Primus ejus naescens a clavis fuit obedientia . Natus enim est dum in ejus exercitio esset , ut ex Nazareth in Bethlehem ascenderet . Et quis ? cui obediuit ? Imperatori terreno Rex regum , homini Deus , peccatori , qui tollit peccata mundi . Vides quanti Christus fecerit obedientiam . Nec in contrarium motus ex iniquitate mandantis , nec di scilicet itineris : quia sic sciebat Patrem glorificari . Disce testimoniare , amare obedientiam ; non spectare personam iubentis , sed Deum per illam jubentem ; Omnis enim potestas a Deo est .

2 Humiliavit semetipsum fatus obediens . Considera , quam ab arduis cooperit obedientiam exercere , ab humilitate , paupertate extrema , adversis , & incommoditatibus , &c . Sciebat optimam esse voluntatem , qua

Divi-

POST EPIPHANIAM . 49

Divina consentit per omnia . Disce in Superiori Deum agnoscere , & plenum tue voluntatis holocaustum ad quaecunque ardua offerre .

3 Humiliavit semetipsum fatus obediens , per omnia Matri , seu in simile accipiat , seu in ictum reponat , & patitur se verti , reverti ad libitum Matris . Admirare Christi obedientiam , gratulare Matris felicitati . Redde etiam tam felices tuos Superiores , & sine te ab iis ad libitum moveri . Magnum hoc est Superiorum solatium : magna pars imitationis JESU .

DOM . II . POST EPIPH.

Disce ex Infante JESU Patientiam .

Considera 1. potuisse Christum nasci impossibilem , amoliri a se omnem asperitatem , & dolorem : noluisse tamen , quia voluit pati in ipsa etiam tenerissima aetate licet potuisse id differre ad robustiorem etatem . Quid ergo tu te tantoper amas , ut omnem penam fugias ; Vita praterita non te obligat , ut mortifications assumas ; Scis esse gratum Christo , quid differs ?

2 Considera 2. ipsa incommoda que patitur : frigus , frigorem , egestatem , vulnus circumcidionis , tristitiam in anima ex consideratione tocqueccatorum , & frustrate suarum passionis . Et haec quo affectu ? Quid ego ago infirmus , si medicus pro me patitur ? fugiamne pati pro Deo , qui querit pati pro me ?

3 Considera 3. Quam innocens , & immensus patitur . Innocenter pati ; patientia est

Sancto-

50 HEBDOMADA II.

Sandorum : reorum , proculpa . Tu neutrata habes . Confundere . Si , quod patiaris , occurrit , nullies te meritum cogita . Si patieris innocens , habes occasionem exhibendi amoris , qui per dura probatur ; habes occasionem , ut similiis sis JESU Christo , non est discipulus supra Magistrum .

FERIA II.

Disce ex Infante JESU amorem
Dei , & proximi .

1. Mor probatur operibus , quibus bonum amat ; queritur circa proprium commodum . Considera ergo , quæ Christus opera edat , quibus bonum Dei querit , etiam cum tuo gravi incommodo . Quia scivit placere Patri , toleraverit omnes incommoditates . **2.** Flet ex zelo honoris Dei , ob peccata hominum ; quibus abolendis dat lachrymas , deinde sanguinem . **3.** Invitat ad speciem illam patres , & gentiles , ut notam illis faciat gloriam Dei . Si amas Deum , operibus proba : primum in te , deinde in aliis gloriam ejus promote . Dignus est enim , cui soli debetur gloria .

2. Considera Christum etiam in nos probasse amorem , omnes illis incommoditates pro nobis offerendo . Gratias age , & am JESUM . Disce amare proximum ; eique benefacere , non ob commodum tuum , sed ob ejus salutem . Purifica omnem amorem erga homines , ut hoc solum illis velis . Quia hoc est esse adjutorem Christi in Redemptione hominum .

3. Considera Christum suum in nos amorem probasse , quod omnia mala nostra corporis

POST EPIPHANIAM . 51

paris , & animæ in se suscepit , dolores , tristitia , trædia , pœnas , quas merebamur , satisfactions pro peccatis , quas reddere non valebamus . Langores nostros ipse tulit , & dolores nostros ipse portavit . Quid debes medico , qui pro te factus est infirmus ? Quid vadi , qui pro te satisfecit . Non poteris tu compati proximo tuo ? non ejus defectus sufferrere .

FERIA III.

Disce ab Infante JESU , quomodo te sancte ames .

1. Mare se ipsum sancte , est velle sibi ipsi bonum , non falsum , & apparet , sed verum & solidum , seu æternum . Quod bonum sibi voluit JESUS ? non sensuum sed gloria DEI . Jam tunc in infantia impressum illud habebat : Non queris gloriam matrem , sed eum , qui misericordia . Oppone amorem , quo te hacenus amasti , quam inordinatus ! quam sensualis es ! Immo odisti te , quia induxit tibi ea , quæ à DEO avertant . Corrige ergo amorem tuus : ut nihil tibi velis , quod non sit pro gloria DEI , alias te odisti , tibi obes .

2. Considera amorem JESU in se ipsum , siue desiderium voluntatis Divinae in se adimplere . Qui semper facit ea , quæ DEO sunt placentia , etiam in praesepi hoc cogit . Nullum majus bonum tibi velle potes , quam ut voluntas illa sit regula tua . Nunquam errabis , semper DEO placebis . Quam pauciem relinquieris , ut sequantur : quam multi sensum ducem potius sequuntur ! si tu es inter illos , dole , & emenda .

3. Considera Christum ex hoc amore sancto .

Et in se ipsum acceptasse dolores, humiliations paupertatem, contemptum; quia relinquit in his beneplacitum DEI, & salus mundi. Unde sancto sui amore impugnabat sienum, & eis vim inferebat. Sic amare te debes: generosus tuos sensus, & passiones expugnare; apprehendere humilia, dura, & aspera, quia omnino hoc est voluntas DEI. Quam felix es, si à puerò hoc fecisses! quam in felix futurus, nisi modo constanter id facias.

ALERE PLAM
FERIA IV.
Iter Beatiss. Virginis ex Bethlehem in Hierusalem ad purificandum.

Et postquam impleri sunt dies Purificationis. *Luc. 2.* Considera quām sollicita fuerit de implenda purgationis legē, quā non tenebatur. Non excusat se sua fervata Virginitate, pralis dignitate. Accipit exemplum Filii, qui implevit legem circumcisōis, cum nec cogeret, nec teneretur. Gloriam suam reputat, sicut immundus fallo iudicio accusatur, cum sic eius filius sit numeratus inter peccatores. O admiranda obedientia, & humilitas! O quā ego sum alius: sum coram DEO peccator. & coram hominibus de puncto honoris ludor. O pudor! Dicē à JESU, & MARIA.

2. Considera 2. Quo sensu B. Virgo, & S. Ioseph, relinquenter stabulum, in quo soli cum solo JESU inter tot asperites, in summa paupertate deliciabantur. In defectu rerum omnium una, & abundans erat illis consolatio, esse cum JESU. Cum JESU nullus locus est solitudo, nulla paupertas dura, nullum incommodum molestium. At molesta sunt ista tibi?

tibi? Mihi bone, non es totus cum JESU: mendicas à creaturis solatia, sed apparentia; & vera delicias. Relinquis fontem aquæ viua, & fodiis tibi cisternas.

3. Considera itinerantium paupertatem, modestiam, patientiam, dum à transiuntibus contemnuntur, dum à diuinioris excluduntur. Audi pios discursus, plenos variis affectibus in JESUM. Vide alternantes obsequia puerò JESU, nunc MARIAM, nunc Iosephum gestantes puerum, &c. & cum qua reverentia, &c. Utinam hi sint affectus tui, cùm JESUM in Eucharistia sumptum corde geris.

FERIA V.

De causis Purificationis B. Virginis.

Prosequam impleri sunt dies purgationis, ejus secundum legem Moysi. *Lucæ 2.* Cūm certum sit, Beatissimam Virginem pluribus titulis exemptam fuille ab obligatione legis Purificationis, examina causas, cur tam voluerit purificari? Prima causa est ex Dionys. Cartul. ut legi obediret, in qua legi statorem reverebatur. Perfecta obedientia plus pergit, quam tenetur. Quid resert, quod non obligari debet peccato, si regula est de re licita? Noli è descendere, ut id tantum velis, quod non potes sine peccato non velle. Cadentiam hoc est principium. Tu id cave. Adde quod in hoc sit humilitatis exemplum.

2. Considera secundam ab eodem causam assignatam esse, ut imitaretur filium suum, quem vidit legē circumcisionis subiectum, qui eadem non tenebatur. En motu, quo tibi persuades regularum observantiam, tametsi illas sub peccato non obligant: Quis sic magis

54 HEBDOMADA II.

gl Clieitum , & B. Virginem imitaris . Erare non potes ea via , qua filius Dei praecedit . Dole , quod ea non iveris : time , si non eas : ama , & ibis .

3 Considera tertiam caufam fuisse , ut p[er]f[ect]issima Mater magis purificaretur , non quidem per recessum ab impuro , sed per accessum ad summè purum . Assimilavit enim se magis prime puritatis regule Christo JESU . Unde credunt Patres ejus puritatem in hoc mystorio auctam fuisse ; sicut virginitatem in partu . Site non movet ad Regularum obseruantiam , ut magis per eas ad summè purum accedas ; moveat te , ut ab impuro recedas . Infice te , & vide infirmitatem tuam . Accede etiam ad summè purum per desiderium proficiendi in via virtutis .

F E R I A VI.

De aliis causis Purificationis .

1 P offquam ampleri sunt dies purgationis . Expende aliam caufam à Cartusiano traditam ut vistares scandalum Judicorum . Per perfide sciverant , esse Matrem Dei ignorantem . Ne scandalio sit Mater Dei , absinet privilegio . Disce hinc , esse quandoque aliqua praefanda , ad quae non obligaris , ne alii sis scandalo : aliqua pariter omittenda , quae licite ageres . Hoc charitas poscit .

2 Considera aliam caufam ab eodem traditam , ut conformares se aliis mulieribus in lecis , & honestis . Non singulari ergo via incedit Virgo , sed communis . Non utere multo minus pete exemptiones , & singularitates . Via communis secura est magis , qui magis

proba-

POST EPIPHANIAM . 55

probata , & regulis à Deo dictatis firmata . Hac Sandi præzivere . Hanc conflanter tene .

3 Considera aliam caufam à Petro Blesensi traditam : ut debitis supererogares indebita . Non tenebatur . Ergo ne non agendum , ad quod non teneris ? plura amat Deus , quam imperet . Gratiæ sunt obsequia , quæ circa debitum exhibentur , quamquam cum debito praefiantur . A vario nimium es , si Deo nihil ultra praecipi debitus impendas . Veilcine , ut Deus nihil tibi impenderet , quod non tenetur ? Quam miser , quam egenus es es :

S A B B A T O .

Quas præcipue virtutes B. Virgo in sua Purificatione exhibuerit .

1 Nisuavi supra obedientiam , & amorem puritatis . Nunc accipe Humilitatem . Videbat se testimandam ceteris mulieribus parent . Non curat , ut videatur pura , sed ut sit . Non prodit se Matrem Dei , cum sit . O quantum abes ! nonne videri magis curas , quam esse bonus Religiosus , &c . Videri alienum , & extraneum est , esse intrinsecum est , & solum prodit . Cura ergo magis esse quod vis videri . Nec videri velis , sed esse .

2 Considera exhibitum , tibi paupertatis exemplum à B. Virgine . Poterat ea ditorum more agnum offere , si aurum à Magis oblatum luc impediret : eligit pauperum sacrificium : quia videt JESUM pro nobis pauperem factum . Non eligis tu tibi honoratores ? non procuras ? non gaudeas melioribus ? At hoc ne ell pauperem JESUM imitari ? Non dubita tanto gratius Deo iussile sacrificium colum-

011669

56 HEBDOMADA III.
columbarum, quanto erat vilius. Quid tu redes Deo tuo?

3 Considera denotionem, qua filium suum, & munus sacerdoti presentauit: qua hanc oblationem comitata sit intentionis puritate: qua charitate: &c. Confer tuam cum illius devotione. Vide, quantum tibi desit: penetra ejus necessitatem in tua vocatione. Digere tibi tempora, & actiones, quibus te magis cum Deo coniungas.

DOMINICA III. POST EPIPHANIAM.

Quare Christus offerri voluerit.

1 **T**ulerunt illum in Hierusalem, ut offerrent eum Domino. Luc. 2. Considera auctorem legis voluisse implere opere, quod verbo iussit. Legislator, aut Doctor nullo magis legem suam, aut doctrinam firmat, quam opere. Multa de virtute, de Deo aliis dicit: sed facinus etiam? Non laudatur a Christo, qui solus docuerit, aut praecepit, sed qui fecerit, & docuerit. Vide ergo ut verba tua firmes operibus. Virtus enim confitit non in dictis, sed in factis.

2 Considera eum, qui venerat Magister Hammatis, nullam ejus exhibenda occasionem præterire. Et stimulabitur purus homo, ut casteri, eadem lege peccati obstatius: quid tum: Dei Filius magis attendit, quia grata sunt Patri, quam quæ sibi honorifica. At tu forte contrarium attendis; Forte etiam, quæ Deo debes, ad tuum honorem tornues; Quo plus tu ipse honori tuo stades, minus eum Deus procurabit, minus concedet: quia gloriam suam alteri non dabit.

3 Con-

POST EPIPHANIAM. 57

3 Considera, Christum voluisse duplice titulo nostrum esse: ideo, qui datus à Patre fuerat, voluit in presentatione emi, ut ait S. Tho. de Villanova. Vide quomodo titulos querit, &c. cumulat? quibus tuus sit. Idem tu praest in illum. Quot tibi suppeditum? quot tu perdis, ac negligis? Esto post haec sollicitus, magis ut sis Dei, quam tu eris haecenus. Titulus suggerit omnis hora, omnis creatura. Quo tu magis Dei fueris, Deus erit magis tuus.

FERIA II.

Mater Filium, Filius se ipsa Patri offert.

1 **C**onsidera, qui fuerint affectus Virginis in Deum, qui hanc hostiam offerebat, fidei, adoracionis, gratiarum actionis pro omnibus donis sibi impensis, charitatis, sui ipsius resignationis: quæ deinde in nos charitas, quia cum offerebat Divisa jutitiae pro nostra salute. Gratias age Virginem. Disce hanc quoque hostiam illud affectibus pro peccatis tuis offerte. Cum hac offer te ipsum, quidquid es, quidquid potes: alias acceptus non eris. Nihil enim gratum est Deo, nisi quod cum Christo, aut ejus meritis offertur.

2 Considera, quomodo se Christus ipse retro Patrem obulerit ad promovendam ejus gloriam, & salutem generis humani. Id vero cum quanto, quam pura affectu sine omni suo commode? Accende in te zelum glorie Dei, & salutis proximorum. Offer te & Deo, & ejus viatis Super tribus ad quavis ardua. Detulare priorem temponem. Petre gratiam, &c. Cogita Christum tunc etiam ad te resipexisse. Quid ei deces? Redde

56 HEBDOMADA III.
columbarum, quanto erat vilius. Quid tu redes Deo tuo?

3 Considera denotionem, qua filium suum, & munus sacerdoti presentauit: qua hanc oblationem comitata sit intentionis puritate: qua charitate: &c. Confer tuam cum illius devotione. Vide, quantum tibi desit: penetra ejus necessitatem in tua vocatione. Digere tibi tempora, & actiones, quibus te magis cum Deo coniungas.

DOMINICA III. POST EPIPHANIAM.

Quare Christus offerri voluerit.

1 **T**ulerunt illum in Hierusalem, ut offerrent eum Domino. Luc. 2. Considera auctorem legis voluisse implere opere, quod verbo iussit. Legislator, aut Doctor nullo magis legem suam, aut doctrinam firmat, quam opere. Multa de virtute, de Deo aliis dicit: sed facinus etiam? Non laudatur a Christo, qui solus docuerit, aut praecepit, sed qui fecerit, & docuerit. Vide ergo ut verba tua firmes operibus. Virtus enim confitit non in dictis, sed in factis.

2 Considera eum, qui venerat Magister Hammatis, nullam ejus exhibenda occasionem præterire. Et stimulabitur purus homo, ut casteri, eadem lege peccati obstatius: quid tum: Dei Filius magis attendit, quia grata sunt Patri, quam quæ sibi honorifica. At tu forte contrarium attendis; Forte etiam, quæ Deo debes, ad tuum honorem tornues; Quo plus tu ipse honori tuo stades, minus eum Deus procurabit, minus concedet: quia gloriam suam alteri non dabit.

3 Con-

POST EPIPHANIAM. 57

3 Considera, Christum voluisse duplice titulo nostrum esse: ideo, qui datus à Patre fuerat, voluit in presentatione emi, ut ait S. Tho. de Villanova. Vide quomodo titulos querit, &c. cumulat? quibus tuus sit. Idem tu praest in illum. Quot tibi suppeditum? quot tu perdis, ac negligis? Esto post haec sollicitus, magis ut sis Dei, quam tu eris haecenus. Titulus suggerit omnis hora, omnis creatura. Quo tu magis Dei fueris, Deus erit magis tuus.

FERIA II.

Mater Filium, Filius se ipsa Patri offert.

1 **C**onsidera, qui fuerint affectus Virginis in Deum, qui hanc hostiam offerebat, fidei, adoracionis, gratiarum actionis pro omnibus donis sibi impensis, charitatis, sui ipsius resignationis: quæ deinde in nos charitas, quia cum offerebat Divisa jutitiae pro nostra salute. Gratias age Virginem. Disce hanc quoque hostiam illud affectibus pro peccatis tuis offerte. Cum hac offer te ipsum, quidquid es, quidquid potes: alias acceptus non eris. Nihil enim gratum est Deo, nisi quod cum Christo, aut ejus meritis offertur.

2 Considera, quomodo se Christus ipse retro Patrem obulerit ad promovendam ejus gloriam, & salutem generis humani. Id vero cum quanto, quam pura affectu sine omni suo commode? Accende in te zelum glorie Dei, & salutis proximorum. Offer te & Deo, & ejus viatis Super tribus ad quavis ardua. Detulare priorem temponem. Petre gratiam, &c. Cogita Christum tunc etiam ad te resipexisse. Quid ei deces? Redde

58 H E B D O M A D A III.

dere potes imitationem , alias nihil .

3 Considera , quām grata fuerit hæc oblatio Deo , quia offerebat Mater , offerebat se ipsum Filius ; offerebatur Filius precl̄um totius mundi , dilectissimus Patri , offerebatur in finem gloriae Dei , & precl̄um Redemptionis nostre . Gratulare Parci , Matri , Mundo , quod una tandem inuenta sit oblatio , quæ Deo placat . Agnosce & in tui precl̄um oblatum . Expende , quanti te fecerit Deus : quantum te amauerit . Et quid reddes , nisi amorem ? hunc etiam bratum amanti reddit .

F E R I A I I I .

De occurrū Simeonis senis , & ejus elogio .

1 **E**t bemo iste iesus , & timoratus . Luc . 2. Pulchrum sancti senis elogium . Optima ad recipiendum in ulnas , vel in animam Christum dispositio est , Justitia , seu vita sanctitas , & timor . Justitia Christum nobis unit , timor unitum conservat ; dum non solum exponit peccatum , sed minimos etiam mōnos arceret . Nam , qui timeret Dominum , nihil negligit . Dilce ad conservandam animæ puritatem minimos defelctus curare , ne per hos viam majoribus aperias , & paulatim decidas . Perfectio virtutis in minimis eluet . Tunc hoc agis .

2 **E**xpliātā consolatiōnē I'rasl . Sciebat promissum Salvatorem ; sed videbat tot clabi facula , tot Patriarchas , ac Prophetas , qui eum sperabant , interim emortuos : ipse tamen constanter expectabat . Quām magna hæc in Deum fiducia ! quām confians expectatio !

Quam

POST EPIPHANIAM . 59

Quam tu expectas consolationem ? abit ut vanam , vel caducam à creaturis . Ergo sanctam in solo Deo ? sed nondum experitis ? nondum tibi assecutus videris ? Expecta Dominum grandi fiducia , & constanter . Aderit certo re ipsa , si cum spe preoccupaveris .

3 **E**t responsū acceperas a Spiritu S. non variū se morzes , nisi prius videret Christum Domum . Enī quid promeritus sit justitia sua , timore , & expectatione ? nemp̄ certitudinem videndi Christum . Forte nec aulus fuit de hoc interrogare , sive ex humilitate , sive ex certa fiducia , & tamen responsū accepit . Habes aliquid similis felicitatis . Quot mandata , quot regulas , tot habes a Spiritu Sancto responsa , non vifirum te mortem , si ea oberves , cum justitia , timore , & fiducia . Sic enim dictum est : *Hoc fac , & vivi . Tuum est , ut hanc tibi promissionem certam reddas .*

F E R I A I V .

Simeon accipit Christum in ulnas suas .

1 **E**t venit in Spiritu in templum . Luc . 2. Considera S. Simeonē motum ab eodem Spiritu , a quo promissionem acceperas , festinante spiritu servido , ac sitiundo in templo ipsa hora , qua Christus inferebatur . Hanc opportunitatem si distulisset , non vidiſſet Christum Domini . Quantum est opportunitatem , & gratiam oblatam arriperet ! Noli disserere , cūm gratiam habes ; forte hac ultima est æternum non reditura . Hoc ipsum te moveat , quod hactenus plures neglexeris , cuius merito cum dolore recordaris .

E 2

2 **E**t

2 *Et ipse accepit eum in ulnas suas.* Promisum solum erat, quod videbat Chilum : at insuper eum in ulnas accepit. Plus dat Deus, quam promittat. Tu contra plura ipondes, & proponis, quam praefles. Noi esse tam parcus in eum, qui in te tam est liberalis. Acceptum inter brachia : per quae, ut ait Hugo, nostra operationes significantur. Ad Deum quidem pervenitur desideris, sed non tenetur nisi operibus. Erras ergo, si proposita statuile contentus, ad opera non progrediatis.

3 *Et benedixit Deum, & dicit: Nunc dimittis seruum tuum, Domine, &c.* Considera, qui fuerint gerentis affectus, fidei, spei, charitatis, gratulationis tam libi, quam toti mundo, resignacionis, ac petitorum morienti desiderii : que significat, le cuiuslibet creaturae amore in vita haec tuis detentum, sed sola spe videndi JESUM. Felix anima, quæ in nullis creaturas amorem spargit, sed totum in Deum colligit? Hoc possunt fons tuus, ad quem creatus es. Abstrah ergo a creaturis affectum. Tantum accedis ad Deum, quantum ab illis receperis.

FERIA V.

S. Simeon prophetat de Christo.

DECEPPOSUS est hic in ruinam. *Luc. 2.* Salvator in ruinam : sed eorum, qui cognoscunt quidem Deum, sed non secundum cognitionem honorabunt, qui abutentur gratis, & per suam malitiam vocatione non obsequentur. Time, ne & tibi sit in ruinam, si gratis ejus non utaris. Dole tam frequenter earum absum. Ora tibi efficaces dari. *Stue-*

POST EPIPHANIAM. 61
tne cooperari. Sit potius in ruinam tuarum passionum exemplum, & auxilio.

2 *Et in resurrectionem multorum: immo omnium, si velint.* Nemo à gratia resurgendi per Deum excluditur. Que bonitas ista Dei? offensus gratiam offert; Iesus lædentis amicitiam querit. Non ulti mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat. Nec hoc bono, aut commido suo, sed tuo. Impensis ergo Deus tua vult bona, quam tu ipse tua. Quod si resurgas ejus ope, quoties iterum tua malitiacidis? O pudor! ita demum resurgent, ut cada nuncquam. Sed pondus passionum opprime, ne te in lapsum trahant.

3 *Et in signum, cui contradicatur.* Eventus vite Christi dedit Prophete veritatem. Perpetuam enim *sagittam à peccatoribus adversa signum contradictionis;* que situs ab Herode ad necem, à Judæis parati in eum lapides, damnata, aut spreta eis doctrina, ipse tanquam scopus omnium opprobiorum, calumniarum, & cruciatum politus. Sed & quoties tu vita ejus, & doctrina contradixisti! Sit tibi post hac signum JESUS, non cui contradicas, sed cui te conformes, ad quod tua desideria, tuas actiones concilia.

FERIA VI.

De lis, quæ Simeon B. Virginis prophetavit.

TUAM ipse animam pertransibit gloriæ. *Luc. 2.* Vide, quomodo iucundis acerba permiscet Deus. Audiverat ex Simeone B. Virgo laudes, ac benedictiones sui filii. Que hiæ gaudia? jam de gladio audit, qui sic pon corpore, sed ipsam animam sit pe-

62 HEBDOMADA III.

nebraturus. Ut Mater enim, & filii amantissima, non poterit non gravissime sentire injurias filii. Nam amati injuria est amantis tormentum. Vis signum, an JESUM ames? Explora, quomodo ejus injurias feras, tam à te, quam ab aliis illatas. Doles, deterraris, impedis, & hoc quidem ardente zelo? Confide, quod ames; & exarcesce in omnem Dei injuriam.

2 Tuam ipso animam pertransibit gladius.

Confidera causam, ob quam voluerit Deus. Virgini hunc doloris gladium jam in infancia Christi per prophetiam imprimere. Forte voluntate cam Christo magis conformem: ut sicut ille ab infancia semper habuit ubi presentem passionem suam, ita & illa semper ejusdem memoria torqueretur. Vide, quo evadas per afflictum crucem, & mortificationem: ad similitudinem Christi. Crescit enim virtus, cum adversis probatur: per maiorem virtutem Christo es similior. Amas hanc similitudinem? ama crux. Ad hanc te magno animo resolute; hanc amplectere.

3 Tuam ipso animam pertransibit gladius. Confidera prophetiam hanc, eo ipso quidem momento, maximè autem tempore passionis Christi impletam. Percurre tormenta Christi: vide praesentem Crucis Virginem. Cogita, quis dolor Matris ob tam graves in tantum filium injurias fecerit. Sed & tu hung gladium Matris infixisti, qui filio tot injurias, & tam graves irrogasti. Dole, & time gladium ira Dei.

S A B B A T O .

De Anna Prophetissa occursum.

Non discedebat de templo, jejuniis, & observationibus serviens die, ac nocte.

Luc.

POST EPIPHANIAM. 63

Luc. 1. Confidera perseverantiam hujus sanctæ Matrone in dictis exercitis, a quibus non remittet. Non meretur virtutis nomen, quam non comitatur perseverantia. Apud Deum haec sola coronatur. Quomodo tu ad coronam pertinges? Quā multi proponis? quā pauca excueris? Minima difficultate frangeris, &c. Peremptum per tandem, reddetur luave, quod credebas laboriosum.

2 Non discedebat de templo, jejuniis, & observationibus. Ibid. Confidera deinde ipsas hujus viduae virtutes, virginalem, & vidualem ejus castitatem, exactam legis Divinæ observationem, frequentem cum Deo communicationem, rigidam abstinentiam. Atq; his meritis eū JESUM veram DEUM agnoscere, hec enim sunt, quibus se Deus communicat penitus agnoscendam. Vis, ut Deus se tibi exhibeat? habe cor mundum. Observa mandata, & regulas: sapè cum DEO colloquere: retrahere te à festiu[m] delectamentis.

3 Et hac ipsa hora superuenient. Ibid. Considera hanc Annæ felicitatem ad hanc horam esse à Deo depositam, ita tamen, ut & ipsa hac eadem hora occurrit, ceteroquin eo solito non potitura. Ita Deus gratia tuas certo temporis, & occasione alligat, quas nisi ea hora arripias, forte nunquam obtinebis. Vide ergo, ne hac hora oblatam gratiam prætereras. Perduntur sapè multæ, dum una negliguntur. Nam Deus eas velut i per catenam dicit, ut, si uni coopereris, plures promerearis. Si tñres ab una hac pendere tuam salutem, quid ageres? Et tñtè pendet. Ne ergo sis legnis, & incurvus.

DOM. IV. POST EPIPH.

De affectibus, & sermone Annæ Prophætissæ.

ET hoc ipsa hora supervenient. Luc. 2.
Confidera, quæ fuerint interni affectus Annæ agnoscens sub velo Carnis verum Deum: quæ fides, spes, amor, gaudium, gratulatio, sui resignatio, &c. Sunte idem tui in Deum velo accidentium panis tecum? Siquid, cur non major est in eum reverentia? Si speras, cur affligeris adversis? Si amas, cur amorem dividis in creaturas? Si gaudeas cur solatia ex cæno mendicas; Sigratularis tibi tanto bono, cur alia extra Deum restimas? Si te refingas, cur toties te iterum recipis &c.

Confitebatur Demino. (Ibid.) hoc est, benedicabat, & glorificabat Dominum. Vehementes enim affectus erumpabant in verba. Sed quæ fuerint, non exprimitur. Credi tamen potest, laudasse Dei bonitatem, ac misericordiam, quam fecit cum servis suis: admirata sunt ejus humilitatem, & exinanitionem. Unde fit, quod sis tam sterilis in laudes Dei? quia nimis tibi tepide, aut parvum affectis. Amanti enim de amato non defunt verba. Quod loqueris, prodit, quid ames. Examina te ipsum & verba, sermonesque tuos, & comprehendes, ubi sit animus, unde evocandus.

Et loquebatus de illo omnibus, Ibid. Et quid loquebatur? sine dubio, hunc esse tandem expectatum Melliam: huic soli impendendo amores, &c. Nonne hoc profectio & vocatio tua exigit, ut ad cognitionem, amoremque JESU crudias, & inflammas om-

POST EPIPHANIAM. 65

nes, qui ejus sanguine redempti sunt, nulli quamvis misero, & ego te subtrahas? Cur ergo vel omnino subterfugis? vel relicis vilioris? Nunquid ideo vilis est anima, quia vilis lacerna regitur? an pro compitis solidum mortuus est Dei filius? vero zelo nulla anima est vilis. Accende igitur hunc in te zelum animarum,

F E R I A II.

Christus secundum legem redimitur quinque scilicet.

UT facerent secundum consuetudinem legi pro eo. Luc. 2. Et si nulla fiat ab Evangelista mentio, quod Mater Christum consueto pretio à Sacerdote emerit: certum est tamen, eam omnem apicem legis impleuisse; ac proinde etiam quinque scilicet pro eo depositisse. Confidera ergo 1. Quis eum emat? Nempe B. Virgo, non ut nisi servet, sed ut eum nobis nutrit, se senge postea nobis totum impendat. Debet ergo grates Virgini tantum de tuo bona sollicitate. Et quibus affectibus tibi reddidit excipes?

Confidera, à quo eum emat? Ab aeterno Patre, cui oblatus erat. Donaverat eum nobis per Incarnationem: redonat, aut vendit illum iterum odis, novos querens titulos, quibus suum Filium totum faciat nostrum. Aded nostra salutis fatigat: ut quāmis oblatum sibi Redemptorem iterum nobis reponat. Utinam sic ego cum DEO agerem? offero toties cor meum, voluntatem, & facultates ceteras: sed quod donavi momen-

66 HERDOMADA IV.

to recipio. Nunc accipe DEUS cor meum, voluntatem, corpus, & animam irrevocabili dono, & tu de his ad libitum dispone.

3 Considera, quo pretio ematur, nempe secundum legem quinque fidelis. Vide, quam parvo emitur DEUS. Quamvis sit infinitum bonum, noluit à te exigere infinitum prerium, tuz confulens eglesiati; noluit ingens aliquod, ne ejus emendi excusationem pretenderes; noluit nullum, ut rigidiore titulo tuum faceres. Inexcusabilis ergo es, o homo, si tantum bonum tam parvo, tam obvio pretio non emas. Et tamen quoties in vanitates, & feniūm obiectamenta plus pretii, plus inquam, laboris effundis.

FERIA III.

Herodes iratus.

Tunc Herodes videns, quoniam illusus est a Magis. Matth. 2. Considera ilud, *Videns*, Promiserant quidem Magi, se redituros. Sed intervenit dispositio DEI jubantis per Angelum, eos alia via redire. Hoc ignorabat Herodes; & tamen tam certum habet, ac si videret Magis fusile animum illudendi. Vide, quam turpiter erret suspicio! audet scrutari intentionem, & tanquam certissima habet somnis, quæ sibi singit. Non videret, sed cœre graditur: idē errat, & animum turbat. Detestare hoc malum, & potius cœrus sis in aliorum factis, quam ut suspicio oculi videoas.

2 *Videns* quoniam illusus est. Illusor ipse Herodes erat. Magis per simulationem impinguat. Qualis ipse fuit, tales illos judicavit.

Poto-

POST EPIPHANIAM. 67

Poterat non redditum illorum in melius interpretari, & minus turbatus fuisset. Disce tu hoc agere, né fortassis optima in venenum vertas. Nonne tibi id fieri velles? fac ergo aliis. Magna tibi inde quies erit, quia sinistra iudicia plurimorum turbant animum. Reslege, dole, propone.

3 *Irasus est validus*. Considera Herodem in ira corporis consilium occidendi Christum, quam crudelis! quam enorme! Ira nihil sanum suadet. Non potest bonum esse consilium, quod dicit passio. Quoties, quæ in passione decrevisti, tibi redditus damnifici! Dilige ergo tuas passiones opprimere, ne te ad penitenda consilia deducant. Vide an, & quæ tibi dominetur; flatue, quibus modis domes.

FERIA IV.

Decretum DEI de subtrahendo Christo
Herodis iræ.

Considera, quam sint longè alla consilia DEI, alia hominum. Periclitatur de vita Christi. Poterat DEUS vel Herodem perimere, vel iram extingue, vel filium invisiibilem reddere. Decernit, ut fugiat. Quale hoc medium? quam dignitati Filii DEI contrarium? quo incommodis objectum? ita DEUS cum iis agit, quos amat: alpere illis & difficultia decernit. Esse tu dignior Filio DEI. Si dura à te DEUS experiments exigit, quid lamentaris? Agnosce hanc esse eum in te amoris argumenta, & mitius feres, & gaudebis, & gratias asages.

2 Considera, voluisse DEUM, ut hæc figura fieret, non ad Magos, apud quos Christus

HEBDOMADA IV.

fuisset in honore , & veneratione , sed in **Egyptum** , ad gentem barbaram , & Iudeis intensam , procul ab amicis , & notis . Ita Filio suo toto infantiae tempore nec ab amicis solatum , nec à notis honorem aut commoditatem admisit . Et quid tu queris agnisci , & simari , honorari , commoditatibus instrui ? Si te servum Christi agnoscere , relices ista , & gauderes potius latere , contemni , affligi . Aude hoc à te exigere , ut Christo proprio accessus .

3. Considera , quod ait Imperf. hom. 2. Recordatum esse Dominum , qui non irascerit in finem , quantum mala severis super Egyptum , id est mitis Filium suum in eam , & dar illi maxime reconciliantis signum . Quam bonus DEUS quibus ex justitia fustulit primogenitos ex misericordia suorum primogenitorum committit . Discat peccator , dum à DEO plectitur , non desperare in finem . Immò ipsum plectre , est quoddam bonitatis documentum . Cagliat enim omnem filium , quem diligit ? Tu pernam omniem humilis excipe , & bonitati eius te consigna .

FERIA V.

Joseph monetur ab Angelo , ut fugiat in Egyptum .

1. Angelus Domini apparuit in sensu Joseph , dicens : surge , & accipe puerum & Matrem eius , & fuge in Egyptum . Matth . 2. Considera praecepti circumstantias . 1. Monet Angelus DEI nomine tanguam per superiorum . 2. Non Virginem , & si excellentiorem , sed Josephum tanguam caput familie . Per superiores enim regit , quibus , ne erent subditi , afflxit . 3. In somno monet , Rumpenda est quies , ubi DEUS vocat . 4. Accipe

POST EPIPHANIAM . 69

Accipere jubet puerum , & Matrem . De cetera supellestile nulla cura . Omnis soperlex tua sit , JESUS & MARIA 3. In Egyptum abeundum , in terram hostilem , ut tutus sit JESUS . Designari tibi locum patere , non elige . Si periculosis tibi videatur , DEUS proteget , qui designavit .

2. Et esto ibi , usque dum dicam tibi . Moræ tempus non determinat . Occupationis , loci officii , afflictionis tempus DEO remittet . Ipsa cura est de te , mutabit cum expediet . Quantum tu ipse de te disponis , aut ad votum disponi proceras , tantum te subtrahit Divinae gubernationi . Quantum inde turbationis , si non obtineas , quam parum meriti , quam parum solatii , quam multum periculi :

3. Qui conjungeni accipit purum . & Miserere ius nocte . En obedientia perfectionem . 1. Cum judicii subjectione , eti multa occurrere potuerunt , quae obtenderet . 2. Cum voluntatis promptitudine , in re tam ardua , & difficulti . 3. Cum executionis celeritate , ipsa nocte , abrupto somno , relidis omnibus , quae habeat . 4. Cum hilaritate , quod seiret hanc esse DEI voluntatem . Expende tuam ad hos numeros obedientiam .

FERIA VI.

De ipso itinere fugientium in Egyptum .

1. Ecce factum in Egyptum . Matt . 2. Considera , qui fuerint animorum sensus Josepho , & MARIAE . Experiabantur molestias itineris , injurias aeris , duritiam hominum , penuriam cibi , &c . Sed in his omnibus una hac cogitatione recreabantur omnia

70 HEBDOMADA IV.

nia haec agimus, & patimur pro JESU salvando. Hinc quæ solatia? quæ dulcedo? omne enim amarum hac cogitatione dulcorabatur: Hoc tu principio nitere in adversis. Pro Deo patior.

2 Considera quis animi sensus infanti fuerit, qui licebat le ad necem querri, qui venerat, & ipsi etiam Herodi vitam dare. Putas non vulneraverit animum tanta ingratisudo? Vide, ne parem doloris occasionem saepius Christi praebetas, dum tis beneficiis, & gratias non respondes. Sed poterat omnipotens infans vindictam lumere de Herode, suumque honorem tueri: at noluit. Falsum ergo est principium amoris proprii: non tolerandum id, quo honor pericitur, &c.

3 Considera, quæ Christus in corpore eo itinere passus fit. Aetas erat tenera, hyems perfrigida, pluviae, nives, diversoria vilia, quandoque nulla, paupertas parentum summa, barbaries hominum, &c. At non ex necessitate hac tolerabat, sed voluntate. Et ego pati religio, & ea quoque, quæ necessitas asserta egommoditatibus meis studebo?

S A B B A T O.

De iis, quæ JESUS passus est in Egypto.

1 Considera, quæ in animo passus est. Videlicet in medio nationis pravæ, cultum Deo negantis, idolis tribuntibus: ardebat interim zelus glorie Dei. Hinc quod vulnus ejus animo, qui clare perspiciebat, quid sit Deus: quæ indignitas ejus offendit: quanto affectu vita suam ad tollenda peccata offe-

re-

POST EPIPHANIAM. 71

rebat? Quam parum in me zeli est, quem non tantum aliena peccata non vulnerant, sed vix propria. Accende in te zelum hunc, & attendes magis, ut opera tua non dispiceant Deo.

2 Considera, quæ Christus in se sic passus. Defectum non superflorum tantum, sed etiam necessarium. contemptum ab hominibus, cum non alius haberetur, quam fabri filius. Et hoc non ex necessitate patiebatur Rex gloriae, sed ex voluntate; & cum gaudio, quod sciret sic placitum esse Deo. Condole cœcitatì Ägyptiorum non agnoſcentium JESUS. Vide, ne tua sit horum similis. Admirare, & lauda Christi patientiam, sed non pigiati imitari, quod laudare delectat.

3 Considera dolorem, quem habuit JESUS alii compatiendo. Primo quidem SS. Matris suæ, & Josepho, quos sui causa videbat durum illud exilium tolerare, qui dolor sine dubio fuerit ad mensuram amoris, quo in eos feriebatur. 2. Infantibus innocentibus, qui etiam sui causa crudeli carnificina laniabantur. Disce compati aiorum malis, corum praeteritum, qui in innocentia sua Herodis, seu malicii gladio occiduntur. Quantum his depravandis studet iniiquitas, tantum tu reducendis stude.

DOMIN. V. POST EPIPHAN.

Cedes Innocentium.

1 M itens occidit omnes pueros, qui erant in Betheleem. Matth. 2. Considera sanguinariam Herodis crudelitatem. Unum vult morti datum, & omnes occidit. Quid deducit unica ambitionis passio? immo quævis nisi edo-

72 HEBDOMADA V.

edometur. Lapis tuos rememora, quos tua quandoque passio cauifavit; & tuo danno disce eam opprimere, ne te opprimit. Nec differendum est, quia tempore adolefecit.

2 *Abituatu, & intra.* Ibid. Considera, quam cautelam patrando sceleri Herodes adhibeat Nam 1. Non sua manus eos occidit, sed mittit ministros; ut si arguatur, excellum in hos retorquet. 2. Occidit omnes, ut tanto certius sis perimatur, quem volebat. 3. Non tantum in Bethlehem occidit, ubi accepterat natum Christum, sed etiam in omnibus finibus eius. 4. Non solum eos, qui a tempore stellae ortae nati erant sed etiam qui anteā. Non patere, ut filii tenebrarum sint cautiōres ad malum patrandum, quām tu ad decimandū. Omnem cautelam adhibe, ne qua te pars boni praetereat; nequa parte subrepat malum.

3 Considera admiranda Dei consilia, qui ipsis hominum sceleribus utitur in bonum. Nam ut obseruat S. Chrysostomus hum. 9 forte hi pueri non erant futuri boni. Ergo beneficium huius illis mors accelerata. Deinde crudelitas ipsa divulgata Romā, servivit, ad divulgandum Messiae adventum, cultum eidem à Magis delatum. Disce malis ad bonos, tibique salutares, & Deo glorioſos fines uti. Magna hic Dei imitatio: magnum tibi lucrum.

F E R I A II.

Monetur Joseph de reditu ex *Egypto*.

1 *D*efunctio autem Herode. Matth. 2. Considera Herodem, qui per mortem Christi suum regnum stabilire volebat, per suum mortuum eo excidisse. Julius est Deus,

Dissi-

POST EPIPHANIAM 73

Dissimilat peccata ad tempus, sed tandem pliebit, cum minime opinamur. Time, dum peccasti, aut ne pecces, iustitiam; qui, dum peccas, non amas bonitatem.

2 *Angelus Domini apparet in somnis Joseph in Egypto.* Ibid. Considera Dei providentiam, qui statim Herodis mortem Iosephu nunciat. Quam putas gavilis sit Joseph, quod sui tantum curam à Deo geri animadvertit? Quām fuerit in fiducia erga Deum firmatus. Lauda & tu Divinam providentiam. Proice cogitatum tuum in Dominum: ei te gubernandum commite. Erit illi cura de te; & videbis tristum etiam rerum lētos eventus.

2 *Surge, & accipe purum, & Matrem ejus, & vade in terram Israel.* Ibid. Terra Israel ampla erat. In quem ejus locum concedat Joseph, non determinat Angelus. Forte ut Joseph iterum recurrat ad Deum, & de loco inquirat. Gaudet enim Deus frequiore noctis secum communicatione. Ideo non omnia simul declarat, quae à nobis vult fieri: Da ergo hoc Deo gaudium: si pius ad eum recurrit. Hæc via est, se cum eo magis uniendi.

F E R I A III.

De reditu ex *Egypto*.

1 *Q*ui consurgens accepit puerum, & Mātrēm ejus, & venit in terram Israel. Matth. 2. Considera sequam omnino Josephi, & B. Virginis promptitudinem ad adiundam, ac ad deferendam *Egyptum*. Nec alio titulo est reditus grator, quām quod Deo ita placet. Nec diliceret remanere diutius, stiam in arribis, si ita Deo placaret; ab hu-

74 HEBDOMADA V.

ab hujus enim autu cum omni indifferentia pendebant. Quæ vero tua est indifference? ad mandata es mortuus; quod potes, reculas; quod non potes, expertis: de bono, & malo iudicas, prout tibi sapit bene, aut male: singe non posse, quod non vis: tanquam debitum petis, quod amas; tanquam injuriam accipis, si petenti negatur, &c.

Audient autem, quod regnaret Archelaus in Iudea pro Herode patre suo, zimuit illud ire: Ibid. Considera, nihil quidem fuisse, quod Joseph timere posset in Iudea, Nam mortui erant, qui quererant animam patris. Habet tamen Joseph, quod optimæ conscientiae habent: etiam in securitate timet, ne perdant JESUM. Etsi & tibi hujus rei sollicitudo; Quam vero necessaria in tot periculis? Hac adempta omnia perdidisti; immo & te ipsum. Vigila, &c.

3 Habitatio in civitate, que vocatur Nazareth. Ibid. Non elegit sibi Christus Hierosolymam caput Regnum, & populus frequentatam; sed Nazareth locum viarem, à quo etiam per contemptum vocatus est Nazareus. Hoc est ingenium Christi, semper sibi humiliora elegere. Quam diversum est tuum! Iaponiniam Christi facies, si alia queris, quam ipse. Tanto maiorem facis Christum, quanto te minorem.

F E R I A IV.

De ascensu Christi cum parentibus in templum.

I Bant parentes ejus per annos annos in Hierusalem. Lue. 2. Considera piam, & constantem hanc fuisse Josephi consuetudinem, orandi caula ad templum ascendere: quod quidem agebat ex lege, qua omne masculi-

POST EPIPHANIAM. 75

culin obstringebatur. Vide, quām accuratè legem adimplat, & quidem ex constante consuetudine sancta. Utinam ad hanc tu consuetudinem regularis observantia pervenires. Pia consuetudo, non est mera consuetudo, sed constantia. Hanc ut obtinas, quicquid agis, considera, age, & ad regulam reflecte. Quantus es, si id à principio vocationis egisses.

2 Iulant parentes ejus. Considera non solum Joseph, sed & B. Virginem ascendisse in templum, & hanc quidem nullam habuisse oblationem; quia lex solis masculis data erat. Quia tamen erat opus bonum, quo obsequium praestabatur Deo, suscepit ad illam permovenendam. Nimis parec com Deo agit, qui nihil agit, nisi ad quod tenetur. Si Deus tecum ita ageret, quam miser es! Ergo qui tanta à Deo mere liberaliter accipis, reddet aliquid superrogatoria. Fecistine haec tamen; factione in posterū? quā? quando? quo affectu?

3 Considera etiam Christum iuvile in comitatu parentum, tum ut legi fiasfaceret, tum ut aeternum Patrem veneraretur in domo sua, praefcripto tempore communis venerationis. Felices parentes tanti filii comitatu! Felix tu, si semper JESUM tecum habeas! quid solatii deesse possit cum JESU? vide, cum quanto spiritu, & fervore hic puerulus properet: Excita in te similem, cùm ad Divina accedis. (R)

F E R I A V.

De eodem ascensu in templum.

1 Ascendens illis Hierosolymam secundum consuetudinem, 2. Considera, redu-

reducem ex Egypto Josephum timuisse ire Hierosolymam, quod ibi regnaret Archelaus. At etiam regnabit. Cetero modo non timet? Quia nemp̄ hic agitur de cultu Deo exhibendo. Tunc enim erundens est timor, & fortis animo, quae Deo debes, praestanda. Sic Deum timenti nihil eveniet mali. Dum tu ejus obsequium curabis, praestabit ille securitatem.

² Confidera Christum anno ætatis 12, ascendisse in tempum, quando scilicet communis hominum opinione le primum prodere solet iudicium? ut prima statim ætate oftenderet, curas suas vèrgere ad obsequium Dei. O si hoc exemplum fecutus es in juventute, quam felix tua esset conditio! quam fecuras animæ statu! Dole te tam serò veniente. At saltu munc serio, & cum magna resolutione age quod est ab obsequio Uci, & pone tepestitatem.

³ Contemplare agentium in templo modestiam, reverentiam, affectus, quas gratias redant pro beneficiis & sibi, & universo mundo collatis, quam iverida sint preces ad impetrandas hominibus gratias congruas! quam grata Deo sint eorum oblationes, &c. Confer tuam orantis compositionem corporis, collectionem animi, servorem spiritus, &c. Vide, in quo deficitias, & emenda.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS F E R I A VI. Remanet puer JESUS in templo.

¹ **C**onsummatis diebus, cùm redirent. Considera, parentes JESU non ante voluntate, quamquam potuisse, Nazareth in domum tuam reverti, quam solemnitas azymorum,

ram, que septem dies durabat, undiq; expleretur. Ita ad apicem servare voluerant legem. Sit hoc & tuum studium, in illis præfertim, que Divina præscribunt. Noli mutatum Deo sacrificium dare, aut temporis quidquam detrahere. Quod Deo detrahis, cui addis, nisi sensibus? veline hoc ecclie, cum consummati fuerint dies vitæ tue.

² *Romanist puer JESUS in Hierusalem.* Considera affectum, quo Christus ad Divina tenebatur: qui quantum de se erat, voluisset semper remanere in domo Patris sui; & ob hanc finem, etiam Matrem, quamquam sibi dilectissimam deserere, Dei enim obsequia omnibus sunt præterenda. Ex quo dicas ultimare Diuinam, qua regalis præscripta sunt, affectum ad ea extitare, ac potius illi temporis aliquid addere, ubi concilium est, quam demere.

³ *Et non cognoverunt parentes ejus.* Quamvis Christus nos ignoraret absentiam suam magni dolori parentibus inturam, voluit tamen fei illi ultrahacte: ut offendere (ait Beda) se alium patrem verum habere in celis, cui solitus illis, quas operabatur ut salvator, erat subiectus sine carnis, & sanguinis respectu. Disce, quando operandum est, iuxta tuam vocacionem, exire amorem parentum, & amicorum. Ignorantibus hi, quae sunt spiritus, & magno sunt impedimento. Non potes esse Discipulus Christi, si in his non oderis patrem, & matrem. *Luc. 14.*

S A B B A T O.

Amillum Filium requirunt Parentes.

⁴ **E**xistimantes illum esse in comitatu, renerunt iter dici, Mirum videri possit,

78 HEBDOMADA V.
test, quomodo Mater potuerit à filio se Jungi, quem tantoper abamat. Sustinuit tamen id, quod crederet alios Divina ejus praesentia frui, ac ipsum eos morum suavitate adse attraxisse. Ita ut serviret aliis, libenter caruit eo, quo summe delectabatur. Appende hic tuam charitatem. Quam paucā, quam illibenter incommoda pateris alterius causa? At ut ser-
vis proximo, etiam aliquando Deus est reli-
quendus.

2 Requirerant eum inter cognatos. Quia diligen-
tia? quo interore? quia sumus resignatio-
nem? quia non ignorabant eum Deum esse, &
nihil non bene agere, quibus ad Deum, quibus
ad JESUM suspiris? Itane tu perditum
JESUM requiris? Sed tamen non reperiebant
inter cognatos. Disce, non inveniri Deum,
immò perdi potius inter cognatos, inter affec-
tus sanguinis, & sensuum, inter solitaria amicorum.
Disparant illa, non colligunt affectum
in Deum. Huic taatsum detrahis, quantum
illis addicis.

3 Et non invententes regressi sunt in Hieru-
salem. Considera, qui fuerint reprendentium
sensus: doloris quidem, unionis tamen cum
Divina voluntate, quid non ignorarent hoc
altissimo consilio istum, ut majori lui accen-
deret desideria, & merendi daret occasionem:
spei interim eum iterum reperiendi. Disce,
quod Deus faciem suam subterrat etiam iis,
quos unicè diligit. Si se tibi subduxit, vade in
Hierusalem, constitue te in interna pace:
quære cum iisdem affectibus.

POST EPIPHANIAM. 79

DOM. VI. POST EPIPH.

Invenitur in templo iater Doctores.

1 *Nvenerunt illum in templo.* LUC. 2. Credi-
bile est, eos non uspiam alibi quaefuisse
Hierosolymis JESUM, quam in templo. At-
quebant enim cum ibi esse, ubi scriebant ejus
affectus versari. Disce ergo JESUM in tem-
plo querere, hoc est, in oratione. Non inven-
itur enim in terra suaviter viventium, non
in intelluso deliciarum carnis; non in visis, &
placitis distractiōnum mundi. Immò h̄c poti-
tius perditur. Ne ergo re in afflictionibus tuis
ad creaturas sed orationem, & internam ani-
mi recollectionem converte. Ibi JESUM in-
venies.

2 *Sedentem in medio Dolorum, audientem,*
& interrogantem. Ibid. En iterū ubi Christus
invenitur: Inter Doctores. Nemo sibi in re-
bus animi fatis est sapiens. Magna sapientia
est interrogare, & audire eum, qui spiritum
dirigit. Interrogare, ut scias; audire, ut fa-
cias. Confunditur in sapientia sua, qui vel sic
scire negligit, vel de sufficiente sapientia sua
presumit. Securis cum Duce graderis per
hanc mundi syvam infestam, quam folus. Ex-
ego audi, fili mi, disciplinam Patris tui, ut ad-
datur gratia capitii tuo. PROV. 1.

3 Stupebant autem omnes, qui cum audi-
bant, super prudentia, & responſis ejus. Ibid.
Videbat omnium admirationem Mater, au-
diebat applausum: licet tamen conſpecto filio
ingens gaudium conceperit animo, mira il-
lud modestia temperavit, dum ad tantos
plausus non exultavit leviter, nec se ejus
Matrem

80 HEBDOMADA VI.

Matrem prodidit, unde aliqua gloriæ pars in eam redundaret. Sicut tu etiam agis? non prodis ea, quæ tibi sunt laudi apud homines; non jactas quandoque? non liberat de tua familia, de cuius filio loqueris? Mendicas inanem laudem, veram perdis.

FERIA II.

Verba Matris ad Filium repertum.

Fili, quid fecisti nobis sic? Luca. Prior loquitur Mater; affectus enim amoris, ait Iust. Cai. non porruit amplius cobibiri, Vocabat Filium; hoc erat omnibus notum: non DEUM, quod ab aliis ignorabatur. Noluit verbum proferre, quod sibi in laudem redundaret. Quid, non est increpatio, ait Cœrhus, sed pia, & amarosa conquesatio. Ostendit dolorem, quem habuit, ejuscausam non perquirit curiosus. Quid fecisti nobis? non ait mihi, quo significet communem Iosephi dolorem: ex quo sua etiam flet laus Iosepho, quod amaverit eum, quem perditum dolebat. Sic magnitudinem doloris exprimit, sicut magnitudinem amoris illud: Sic Deus dilexit mundum. Joan. 3. Vide quam paucis, quam multa imitanda exhibet.

2 Pater tuus; & ego dolentes. Ibid. Primus occupat Virgo alloquendi Christum; paternando sua acta primas deserit Iosepho. Illud amoris fuit, hoc humilitatis, & reverentiae in eum, qui erat caput familie. Humillima, ait S. August. nec semper, nec in ordine nimirum preferebat. Hoc coarctat potes, ut amore in Deum omnes antecellas; sed humilitas, & reverentia omnibus cede; non tam verbis

POST EPIPHANIAM. 81

verbis, quam illi interius tui æstimatione. **3 Dolentes quarebamus te.** Ibid. Significat dolori se remedium quæsivisse. Non enim sublebat in eo, quod amissum JESUM dolebant; sed ut doloris invenirent lenitem, quærebant. Non sufficit amissum JESUM dolere, si diligenter non adhibes, ut invenias. Ideo quandoque se subterabit, ut tu queras, & delectatur quærentis studio, & repertus cumulant gaudium. Non ergo despone animo, si amiseris; sed quære, & invenies.

FERIA III.

Responsum Filii ad Matrem.

Quid est, quod me querebatis? Luc. 2. Non sunt verba interpretationis, quasi dicat: Non opus erat me querere, qui non casu, sed altissimo consilio a vobis recepsit. Nec inde fuit vacuum querendi studium; quiam illa, que non sunt necessaria, ex pio tamen affectu laudabiliter sunt. Quam suavitatem, quam amariter hæc protulerit? quam suavitatem parentibus ingesserit? Merebatur id parentum studium. Si amissi JESUM, gustumque devotionis, cogita altissimo Deli consilio factum: remitte te ejus gubernationi cum humilitate: quare tamen studio, quo potes. Veniet tempus consolacionis.

2 Neleibatis, quia in his, quæ Patris nō sunt, oportet me esse? Ib. Interrogatio hæc vim habet affirmandi; id est, sciebatis. Sciebant utique, & ideo cum ibi quæsiverunt. Indicat tamen eum affectum, quem habuit ad ea, quæ Patris sunt: indicant propter hæc relinquendum Patrem, & Matrem: indicat hoc debitum esse,

HEBDOMADA VI.

esse , quod alia supererat . Imprime hanc animo veritatem , & ubi causa Dei agitur , generolam cape resolutionem abscondendi quidquid charum ell .

³ Et ipsi non intellexerunt verbum , quod locutus est ad eos . Ibid . Beatisime Virginis doucissimul omnia de Christo sunt revelata , sed sicut semper crevit in gratia , ita etiam in mysteriorum intelligentia . Non intellexit ergo tunc , quare Christus illa aetate inter doctores sapientiam suam revelaverit , sed tamen ulterius non interrogavit . Cum enim audiret opus esse paternae voluntatis , statim acquevit . Disce iudicium subiace . Neque enim necessarium est , ut omnium rationes affligeris , que Deus , qua Superioris de te disponit . Noli eas investigare , alias animi quietem turbabis . Sa- tis sit tibi , Deus vult .

FERIA IV.

De descensu ex templo .

¹ E T descendit cum eis . Luc . 2. Audi nar- rantem JESUM , que sibi eo triduo evenerint . Specta audientem magna aviditate Virginem , & omnia verba corde suo obser- vantem . Dicte descendere ad senum , D. Anton. Ier. infra Ostat . Epiph . O rigida superbia , quo super altitudinem nubium malitie ascendere ; descedere , observa , quia JESUS descendit si non tam corpore ex edito loco templi , quam animo per humilitatem .

² Et erat subditus illis . Ibid . Quis ? cui ? Creator creaturae , Dominus servo , Deus homini . O admiranda obedientia ! Erubescet , su- perbe cinsi , ait Ber. hom. 1. sup. Millius . Deus se- b*tu-*

POST EPIPHANIAM . 83

humiliat , & tu exaltas . Si dominis , o homo , imitari dignorū exemplum , certè non eris tibi indignus , regi auctorē tuum . Vilius est ti- bi præpositus , non tam nobilis , non tam do- cetus , quam tu ? Nunquid ab ejus nobilitate , ab ejus sapientia tantò es excelsior , quanto Deus ab homine ? Exemplum tibi dedit : tu cum sequere .

³ Et erat subditus illis . In quibus ? quo modo ? In villissimis quibusque ; Officina fabri non exhibebat splendida . Tu ea , quae fuerint , facile concipies . Agebat autem il- la promptè , humiliiter , exaltè ; nec uno tantum die , sed usque ad trigesimum etatis annum . Villis tibi mandantur , & abje- cta officia ? Nihil est vile , quod Dei imita- tione agitur , qui vel vile non agit , vel agen- do tollit vilitatem . Sit honor tuus villa agere , si honorem tuum maximum judicas Christo proximo assimilari . Nè tempus te frangat , in totam vitam te generosè resolve abjectus esse in domo Dei .

FERIA V.

De profectu Christi in aetate , sapien-
tia , & gratia .

¹ P uer autem Jesus proficerbat aetate . Luc . 2. Poterat naturam affumere robu- siam , ac virilis stature , ut Adamum crea- verat . Voluit infantilem , & per aetates transi- re : at omni aetati exemplo esset . Crescebat aetate , & viribus , ut ad graviora pro me tole- randa robustior evaderet . Hoc fine nutrie- bat corpus . Hec me ? quantum album ! qui corpus nutrio ad delicias , noui ad Dei obli- R
F ² quium ,

24 HEBDOMADA VI.

quium, non ad difficultia pro Deo agenda, aut toleranda. Parce, Domine, emendabo ad taum exemplum.

2 Proficiens sapientia, & gratia. Ibid. Pienus erat sapientia, & gratia à primo sui conceptus instanti, ita ut nihil ei accidere posset. Externè tamen crescere videbatur ad proportionem aetatis, cui accommodabat in oculis hominum sapientiam, & gloriam. Dicte, quod dum crecisti aetate, crescere etiam debas sapientia, & gratia. Annis crevisti, quam parum virtute. Scientias humanas addidicisti, gratiae, & virtutis viae rudimenta attigili. Quomodo subfuisse, dum quereretur non quantum, sed quomodo vixeris; non quid didiceris, sed quid feceris.

3 Apud Terram, & homines. Ibid. Exhibebat enim opera semper excellentiora, quibus hominum astimationem inorabatur; & eximia erant ad augendam Dei gloriam, si huius tuus fuerit capax. Ita in omnibus Dei placentum, & hominum iudicationem conjungebat. Hoc age & tu, ut per opera tua Deo placeras, & qui vident ea, glorificent Patrem, ut in eis es. Vanum es, si folios homines speques: si Iolum Deum, aliquid: si utrumque, optimum.

FERIA VI.

Quid Christus egerit ad annum usque
trigesimum.

1 Considera. ex plurimum auctorum sententia, Christum transfigisse eos annos in altissima contemplatione. Cogita ergo tractasse cum eum Patre negotium salutis humanæ, dispositisse militantem Ecclesiam,

POST EPIPHANIAM. 25

fiam, deflexisse peccata hominum, placuisse iram Patris, precatum fuisse veniam, &c. Non dubita te, tuaque peccata in illa contemplatione fuisse praesentia. Non merebaris hoc. Sola fuit illius bonitas, tui meminisse. In hanc debita tua reponit. Doce, veniam per illas lachrymas precare. Vide, ut in posterum sis ei gaudio, non doloxi.

2 Considera cum fuisse folatio SS. Matri, & Iosepho sua conuersatione, quam credibile est fuisse potissimum de Dei honestate misericordia, & opere salutis, ad quod venerat. Cogita, quis lucrit utriusque parentis gressus; qui affectus? Dicte, quae tuae conuersationis materia esse debet; qui scilicet a liquo proximo folacium, aut suum affectum imprimas. Alias vel in noxia incidis, vel tempus perdes. Egis fine hoc hastenus.

3 Considera operatum esse manus suis. Tractasse fabrili credidit probabat. Authores. Hinc credi potest adjuville Iosephum ad fluctuationem. Tam miseram vitam duxit JESUS. Et tamen nos illi, sed tibi dictum est. *In sudore cultus tui usceris pane.* Et tu sambis octum. Nec penitibet, quod nondum predicer, aut miracula patret ad salutem hominum. Satis le agere judicat, quod agit id, quod fecit Dominus velle. Dicce hoc agere, quod obediens iubet: et si tibi nihil agere, aut a Superioribus non satis pro tuis talentis occupari videaris. Satis agis, si id agis, quod per obedientiam scis Deo placere.

S A B B A T O .

Quæ virtutes ex Juventute Christi
colligantur.

Considera, cùm Christi vita disponeretur ad mortem Crucis , voluisse eum dux potissimum virtutis specimina edere . **A**c 1. *Honestatis* . Amavit enim nesciri : occultuit Divinitatem , sapientiam , vim tradidi miracula . Latuit in Nazareth ignotus omnibus in vili casu : exercuit objecta ministeria , &c. Examini , qui te in istis habes . Non jactas ingenium , aut scientiam ? non ambis videri ? non fugis solitudinem ? abhorres à vilibus . Quam parum es Christo familiis !

3. Secunda virtus *Obedientia* . Erga Deum , semper enim , quæ erant placita ei , faciebat , ut respectu hujus omne illius opus fuerit obedientia . **A**estima hanc virtutem , cuius pretium Christus omnibus suis actibus addi voluit . Potes hoc imitari ad omnem opus , quod ex vocazione tua facis . Scis enim certò Deum , & Superiores velle . **2.** Erga homines . Erat *sudans illi* , non in honos , quæ non suppetebant , sed in vilibus , constanter , prompte , hilariter . Eximium quid esse crede , obedire , quod Christus tam constanter , tot annis egit , examina , quæ tua sit obedientia , non tantum operis , sed etiam promptitudinis voluntatis , & abnegationis judicii .

3. Tertia est *continua Patientia* in paupertate , & rerum etiam necessarium dejecta , in arumnis , in contemptu . Hanc ille vita meliorem , Deoque gratioriem judicavit , & ele-

HEBDOM. SEPTUAG. 87

elegit . O sinistra hominum iudicia , quibus hæc vita extremum malorum est ! dum pati fuggunt , perdunt animas suas , quæ *sele patientia possidentur* . Et quid est , quod tu patenis ? quam leve ? quam nihil , si cum eo conferas , quod prior ille passus est ? Ad quid te resolves ?

DOMINICA SEPTUAGESIMÆ

Decretum SS. Trinitatis , ut Christus moriatur .

1. *O id facimus?* Joan. 11. Cogita te int̄esse confilio SS. Trinitatis consultantis , sitne perendus homo , ut meruerat , an morte Dei hominis redimendus . Quid facimus ? Cogita adesse iustitiam Divinam , quæ enormitatem delicti exaggerat . **1.** Quia homo Deum vilipendit , cuius praeceptum transgressum est . **2.** Quia praeceptum hoc erat obseruari facile . **3.** Quia hoc ex malitia fecit , cùm esset adeo illuminatus , fultus gratia , sine passionum rebellione . **4.** Quia nec motus est rigore penæ transgressu impositæ , nec exemplo Angelorum , Igitur non mereri misericordiam , sed iustitiam . Agnosce hinc gravitatem peccati . Detestare . Time iustitiam .

2. Cogita adesse misericordiam , approbare quidem omnia , quæ allegavit Justitia ; excusat tamen hominem , quod fragilis sit ex luto compositus , tentatus à diabolo , idque in despectum , & odium Dei . **2.** Agere ne perendum est : nou ita omnes omnino An-

88 HEBDOM. SEPTUAG.

pelos perditos: triumphaturum diemorem, si homo dimitetur; Deum habiturum nomen rigidi, non misericordis; cum misericordiae nullus haec tenet locus, nullus futurus: Convenire deinceps Dei bonitati, ut placetur. Exhibe te miserationis agentem, hanc invoca, lauda, gratias age, spera.

² Expedi, ut unus moriatur homo, nec tu gen pereras. Ibid. Cogita hanc esse SS. Trinitatis conclusionem, qua magis in misericordiam inclinat, quam in iustitiam. Quod iustus enim sit, à nostra malitia habet; quod vero misericors, à sua bonitate. O quam expedit & pro Dei gloria manifestanda, & pro hominum salute! Agnosc, adora, lauda, amare, time offendere hanc bonitatem, spera in eam. Sed que tua erit in eam obligatio? quam eam amabis, quam illi servies t.

FERIA II.

Concilium Pharisaeorum adversus Christum.

¹ Collerunt Pontifices, & Pharisai concilium, & dicebant: Quid facias? Joan. 11. Qui coenunt? inimici Christi, invidi eius glorie, quod miracula patret, quod à plebe honoretur. Que fana sententia expectari potest à judicibus odio, & invidia exercitatis? Quo sine coenant? Ut JESUM dolio renuant, & occidant. Hocne meritus est Christus, qui pertransivit omnibus benefaciendo? Quid fecisses, si illi concilio adfuis- ses? quo iniquos illos zelo exarisses? In te converte hæc tela. Tu contra eum sapius con-

HEBDOM. SEPTUAG. 89

conspirasti. Amor proprius convocavit consilium passionis: quibus quoties satisfacis, deceras adversus Dominum. Et hoc mere- tur per tot tibi impensi beneficia. O ingratitudine!

² Hie homo multa signa facit. Ibid. Nec no- minare cum dignantur, adeò vilem aestimant. Hoc initium est ruine, Deum non magni aesti- mare. Confidentur, quod multa signa faciat, & tamen perditum eunt Iesum, quia timent regno temporali. Pluris hoc regnum aestimant, quam Deum. O infinita! sed tua. Quoties tu Deum, si non vilem, certe non pro dignitate magnum aestimas? vilia illi tuarum passio- rum delectamenta anteposuisti. Cape hanc veritatem, unicum tuum bonum esse, Deum amare, & illi soji servire.

³ Expedi, ut unus moriatur homo. Ibid. In- nocens, Propheta, patrator miraculorum, Messias, non accusatus, non auditus, non convictus: & tamen expediri, ut moriatur, ne regnum pereat? O fecelerate! non expedite tua, sed Deis intentia, qui impi tuo decte- to ad bonum generis humani uititur. Hac Dei indebet est, ex pessimis optima crux. Imita- ri potes, si ex tui contemptu eras humiliata- tem, ex afflictionibus patientiam, ex creatu- ris Dei laudem. Ita diligentius Deum omnia cooperantur in bonum. Rom. 8.

FERIA III.

Cena in Bethania à Martha, & Maria Christo exhibita.

¹ Ecerunt autem ei etenam illi, & Martha ministrabat. Iann. 12. Cena hæc facta

90 HEBDOMADA SEPTUAG.

sicut est in domo Simonis leprosi post Lazarum resuscitatum , Christo in gratiarum actionem . Martha ergo in domo aliena ministerabat Christo . Qui amat , ubique capit occasionem amato ministrandi . Nullus illi locus , nulla domus ad hoc peregrina est , etiam sponte famulorum officium suscipit . Atque te prætereunt occasionses . Si amares , omnem venarieris , ubivis , quovis tempore . Si hoc egiſſeris semper , quam gravis es meritis . Non ægredies alios sedere in quiete , te autem ministerio fatigari . Diversis diversa mandantur mercendi studia : istud tibi . Ista Deo placet .

2. Maria accepit libram unguenti nardi pīfici pretiosi , & unxit pedes Iesu , & extēpī capillis suis . Ibid. Unixerat jam anteixa in sua conversione Christi pedes . Unguis hic in gratiarum actionem de resuscitato Lazaro . Expende ad Christi pedes in aliorum praesentia projecta humilitatem , sui contemptum , amorem , gratiarum actionem , quā pretiosissimum , quod habebat , DEO immolat . Attende , quam Christus habeat complacentiam , quam hujus actionis astimulationem ? Afferet & tu non vilia , non perfunditora opera , sed pretiosa , plena , & interno affectu exhibita , qui à Deo tam pretiosa accipis .

3. Et dominus impletus est ex odore unguenti . Ibid. Chr̄istus odor fumus . Cor. 2. aut saltem eis debemus . Odor opertum nostrorum est adiutatio proximi . Eximia religio virtus totam unam domum replet hoc odore . Quid major es , eo magis hoc presta . Majorum exempla trahunt minores . Vide autem magis , ne de te queratur Deus . Ecce scis ed-

tim

HEBDOM. SEPTUAG. 91

rem nostrum . Exod. 5. Si vel alii exemplo sis malo , vel bono illudas .

FERIA IV.

Murmur Discipulorum de profuso Mag-
dalene unguento .

1. Videntes autem Discipuli indignati sunt , dientes . Matt. 26. Murmuralent de prodigalitate , & indiscretione Magdalene , qui quo affectu hoc ageret , non videbant . Nunquam deerunt qui de justiorum virtutibus finitè judicent , loquuntur , & in malum interpretentur sive ignorantia , sive malitia . Etiam boni suas formant censuras zelo quandoque indiscreto , quid si & Superiores ? Si vis bonis esse Religiōs , debes ad huc animum parare . Ad iudicia Dei respice , hominum contumies . Illi corticem vident , Deum medullam . Cave autem , ne & tu aliorum acta in malum interpretaris , dum potes in bonum .

2. Dixit unus ex Discipulis ejus Judas Iscariotes . Joan. 12. Matthaeus , & Marcus plures murmurasse scribunt . Joannes , unicum Iudam . Augustinus combinat , eis Iuda dicente persuasum esse . Ita murmurator unus , sapientē circulum integrum ad murmur trahit . Cave , tu incipias , cave , incipiente alio prosequaris . Facies , si assuecas aliorum actiones apud te in bonum interpretari .

3. Potius enim unguentum istud venundari multò , & dari pauperibus . Matt. 26. Ecce quod pallium obtexit iniquitati : quasi ei cura esset de pauperibus , qui sur erat , & proprieitate suā rāndi occasionem , si illud unguentum venditum fuisset . Ita vestiuntur plerorumque mala passio-

F 6 nos.

92 HEBDOM. SEPTUAG.

nes. Inferis, vis zelum videri : familiaritati peculiari induges, vis charitatem æstimari effundis te ad solatia creaturarum, vis dici fru-Quosè converfari. Sed pallio hoc non tegetur apud Deum.

FERIA V.

Christus defendit Magdalenam.

1. *Ciens autem JESUS ait: Quid malefici sunt huius mulieris; opus enim bonum operata est in me.* Ibid. Semper JESUS advocatus est Mariae. Luc. 7. contra Pharisæum peccatum arguentem. Luc. 20. contra Martham de orio accusantem. Hic contra Iudam murmurantem. En quomodo semper virtus Deum habet patronum. Quod solatium bine iuerit Magdalena adhuc novitiae in via virtutis! Quantum fuerit animata! Quid te affligunt finitima hominum judicia, murmurata, censura? nonquid propterea virtutem deferes? ab sit, perge bene agere. Confide. Deum habebis defensorem. Erit tempus, quo aperietur veritas cum tuo solatiori majore.

2. *Nam semper pauperes habent robosum; ne causam non semper habebitis.* Miseri enim hab angustum in corpus meum, ad sepelendum me fecit. Ibid. Solvit rationem murmuris de cura pauperum. Non detegit Iude intentionem iurandi, quam noverat Dominus. Ut dicas non te defendere per revelationem alienas culpas. Infirmum innocentiae tue argumentum cito terius culpa. Laudat deinde intentionem Magdalene, quod prævias ungere corpus suum, Marc. 44. quod vel ex conuersatione cum Christo, vel afflita Spiritus 3. didicerat, se post mortem

HEBDOM. SEPTUAG. 93

ren non uncturam. Placent ergo Deo preventa obsequia, quorum post non datur occasio. Sic omnem gratiam æstima, omnem occasionem arripe: quia nec sis, an post futura sit.

3. *Obiunque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur, & quod hoc fecit in memoriam ejus.* Ibid. Silebat Magdalena ad murmur Iude: Ecce Dominus fideles omnes ad eum præconium excitat. Aded placet illi silentium humile inter calumnias. Unxerat alias Magdalena Christum. Luc. 7. Non promittitur illi operi memoria fæculorum, quia erat adhuc incipiens in virtute: promittitur illuſtioni, quia progressa est in virtute, & ascendit ad caput usque Christi, quod illo unquanto imbut; ibi autem solum ad pedes habuit: ibi erant purgativi afflictus, hic unitivi. Incipere necessarium est, sed progrexi laudabile. Vide ergo, ne sillas, quovis die incrementum adde.

FERIA VI.

Ascensio Hierosolymam prædicti sum passionem.

1. *Panz autem in via ostendente Hierosolymam, & præsebat illos JESUS, & superobabant.* Debuit infolta suis Christi præparatio, quod stupravit discipuli. Que vero ejus causa; 1. Ut ostenderet, quam prompta voluntate ad patiendum feratur. Ad miraculæ edenda ordinario ibat passu, ad passione accelerato. Amor addidit alas. Quam lentussum ego, quam refractarius ad ardus! O trah me post te. 2. Ut ostenderet se ad labores, & dolores præire. Cur ergo procedere

cedere tu viis ad honores, ad delicias? Quantum abes à Spiritu Christi! Mirare cum Apostolis praecedentem; sed cum iisdem etiam sequere.

2. Ecce ascendens Hierosolymam, & Filius hominis tradet Principibus Sacerdotum.

Matt. 20. Sapientius alias nunc iterum passionem suam praedicit Apostolis. Cur toties? Quia quod quis amat, semper habet in memoria liberatur de eo loquitur. Non est tibi in memoria passio Christi, quia pati non amas. Patiendum tamen est necessitate quadam. Noli pati ut brutum, ut dulcium patiaris, momento patientis JESU. 2. ut ad aliquid patiendum discipulos animaret exemplo suo, qui simul ascenderant. Qui cum Christo ascendit, seu ad virtutem, seu ad celestem Hierusalem, pati debet. Sed non solus, habet secum Christum cuius vel memoria cruciatus lenit.

3. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Luc. 12. Terrena adhuc sapiebant, & magni faciebant ea, quae mundus aestimat, delicias, honores, gloriam, &c. a contemptu autem, contumelias, & doloribus abhorreabant. Animus, qui terrena lapit, non percipit, quod Deus astringat. Unde tu tam aridus es in meditatione vitae, & mortis Christi? Quia non habes testimonioum, & amorem contemptus, & afflictionum; sed honorum, vanitatum, & delectationum sensus, Despis insipientiam tuam, & disce ab optimo Magistro pati. Quia non es discipulus *Intra mense Iunio*, Matth. 10.

S A B B A T O.

Preparatio ad solemnum ingressum
in Hierusalem.

1. Et ascendens JESUS Hierosolymam, assumpsit duodecim Discipulos. Matt. 20. Non ignorabat Christus deinceps Iudeos, ut eum dolo teneant, & occiderent. Marc. 14. Voluit tamen Hierosolymam solemniter ingredi, & cum ea pompa, quæ a prophetis de Messia praedicta fuit. ut ostenderet se verum esse Meum, & præberet se agnoscendi occasionem, ut inexcusabiles essent, si non ut tam venerent. Omnibus enim dat Deus gratias, non omnes accipiunt. Stude, ut oblatas accipias: time si negligas. 2. ut ostenderet, non posse Iudeos exequi decretam mortem, nisi ipse velit. A Deo pendet, quidquid deriveris. Eius ergo gubernationi te in omnibus commite.

2. Ite in castellum, quod contra vos est, & statim inventietis asynam alligatum, & pullum cum ea, solvite, & adducite mihi. Si quis vobis aliquid dixerit, dicite, nunc Dominus hic opus habet. Matt. 21. Ostendit Divinitatem suam, significando absidia. Crede, non abscede a te. Adora, ama, time. 2. Exercet Dominum, quod habet in omni res creatas. Et tu hoc subiectus es. Patere eum in te dominari. Cum interna te cogitatione monet, ut frangas appetitum, ut subdas voluntatem, ut linguam modereris; cogita has arias esse, & tibi dici, Dominus hic opus habet, Negabisne hoc illi.

3. Eunte autem Discipuli fecerunt sicut præcepisti illi JESUS, & adduxerunt asynam & pul-

96 HEBDOM. SEXAG.

Epulum. Ibid. Obedient Apostoli perfidè, sicut præcepit, nec ullam movent ulterius questionem. Par fuit promptitudo Domini illorum jumentorum. Auditio enim, quod Dominus hic opus habet; nec qui sunt, nec à quo missi, nec causam, nec tempus querit. En bonam in utrinque voluntatem faciendi, quod placet Domino. Examina quām bona sit tua, quām prompta ad bonas suggestiones. Dilipue eam, ut sit melior.

DOMINICA SEXAGESIMÆ.

Triumphalis ingressus Christi in Hierusalem.

Impofuerunt super eos vestimenta sua, & defūper eum festore fecerant. Plutina autem turba pītacroni vestimenta, &c. Matt. 21. Considera obsequia Discipulorum, & turbam officia in textu enumerata. Quis excitat turbam, quae non ignorabat Principes in Christum conjurasse? nisi qui corda moveret Deus, & contra timores firmat. Quid spērare potenter à paupertate IESU, & pauperibus Discipulis? immo timere poterant Principium indignationem. Sola estimatione Christi eos movit, quam conceperant ex ejus miraculis, & recente inscatio Lázaro. O si magnam conciperes Dei estimationem! quæ obsequia pītacres Deo! quām fortiter adversus teplum, & concilia tuarum passionum dimicares!

Clamabant dicens: Hosanna filio David; benedictus, qui eris, &c. Ibid. Considera turbam hanc tria conjunxisse, quibus vera devo-
tio perficitur: Cor, sive affectum, quo Christum

HEBDOM. SEXAG. 97

fūm prosequantur: Lingua, seu vōces, quibus cum laudabā: Manus, seu opera, quibus rāmos cēdebat. Non est vera devo-
tio, quæ hæc tria non habet; quia nisi hæc Deo reddat, non reddit nos totos. Confer devotionem tuam. Vide, an verba, & opera procedant ex affectu? an ut loqueris, ita facias? an vox sit Jacob, manus autem Elāu? Totus Dei eris, si illa tria conjungas.

Ecce Rex tuus venit tibi. Ibid. Cogita te invitarī ad hoc spectaculum. Ecce Rex tuus omni titulo. Dēbes ergo ei omnem subiectiōnem. Venit tibi, id est, tuo bono; cui omnes iusas cogitationes, fluida, vitam, sanguinem eis impensurus; ut te egenum dixerit, periclitantem protegat, miserum, & vicem ad Regnum evchat. Attolle illi portas cordis, ut introeat Rex gloriæ. Agnosce affectum. Adora Regem: offer illi intellectum, voluntatem, & affectus tuos.

FERIA IL

Invidi Pharisæorum sermones.

Videtis, quia nihil proficiunt, Ecce mundus eorum passus sum abire. Joan. 12. Considera invidiam Pharisæorum. Qui occulim volebant Christum, quam negre ferunt hononatum! Sed fateri debent, se nihil proficer. Noli animo delicii, si invidiam patiaris. Nihil proficit: solidum invidum cruciabit. Noli etiam invidere, ne crucieris. 2. Dicunt plus quām verum sit, quod totus mundus eum sequatur, ut magis suam rābiem acuant. Utinam verò id verum esset! se-
quantur cum Iosideles, Heretici, Judei. Tu pri-
mus

98 HEBDOM. SEXAGES.

mus sis. Si alias plausum, & accurium habeat, tu non invide.

2 Quidam autem Pharisaorum dixerunt ad illum. Magister increpa Discipulos tuos. **Luc.** 19. Ecce livoris ingenium; vult impeditos Christi plausum: audet ab ipso Christo ad pereire, ut eos prohibeat. Vocant Magistrum, ut petitioni per blandimenta viam sternant. Quid petant? ut Discipulos inciperet. Quare? Estne malum, quod applaudant Domino? Sed invidiatio nihil rectum videt, etiam pia, & sancta improbat. Absit à me hæc, & omnis passio, quæ sensum pervertit, & excusat.

3 Quidam ipse ait. Dico vobis, quia fisi taceuerint, lapides clamabunt. Ibid. Sensus est, quod non silebunt hi, qui à Deo moti sunt: si tamen silent, posse Deum etiam durissimi cordis homines ad dandam sibi gloriam excitare. Ita est. Nullum cor est tam durum, quod Deus vel frangere, vel mollire non possit. Post ergo & meum. Sed haec sensus ego oblixi. Quid feci? Quoties voluit ille? Quoties ego restituī? Tunc, quia cor durum male habebit in novissimo. Eccles. 3.

FERIA III.

Flet super civitatem Hierusalem.

V Idem civitatem flevit super illam. **Luc.** 19. Quid lachrymæ in æstu plausum? Videl Hierusalem, & in ea totum mundum. Vider omnium sceleræ: etiam tua. Videl passionem suam cesuram multis in ruinam, ex propria coru[m] malitia. Poterat absolute salvare, sed vult, ut gratiis suis cooperemus. Peribimus, si non utemur. Expende, an aliquam super te flendi occasionem dederit. Amorem ejus in te agnosce. Sed non sufficiens,

nisi,

HEBDOM. SEXAGES. 99

nisi, & tu coopereris.

2 Si cognovissem et tu, & quidem in hac die tua, que ad pacem tibi. Ibid. Indicat fletus sui causam esse cœcitatem populi non agnoscētis Messiam, ex qua odium, invidia, ingratiātudo, & omne malum. Hinc laborat Diabolus, ut hanc cordibus, nostris cœcitatem inducat, ut non agnoscamus quantum bonum sit gratia Dei, quantum malum peccatum; non attendamus Dei inspirationibus, ne sequimur. Et hoc, in hac die tua, vitæ scilicet hujus, que sola est dies nostra: quam sequetur dies Domini. Vide ergo, quomodo diei tuum impendas, ne time re debes diem Domini. Deplori priorem cœcitatem, & tandem aperi oculos, ut agnoscas, que gratiae tibi dentur ad vitam æternam.

3 Veniet dies in te, & circumdabunt te ini mias tui valle, &c. Ibid. Prædictus eversio nem urbis per Romanos futuram, ob peccata, præ fertur in Christum commissa. Peccata enim sunt omnium miseriarum cause, & præparant materiam vindictæ Dei. In his exprimitur miseria hominis in articulo mortis, qui male usus est tempore suæ visitationis, & gratiae. Cir cumdabunt eam inimici Demones: coagulabunt præterita peccata: prosterent in terram omnes grandes, & vanas designationes, &c. quia non bene usus est tempore visitationis suæ. Vi de, quanti revertere, uti gratia, dum tempus est.

FERIA IV.

Pacificitur Judas cum Principibus de tradendo JESU.

Tunc abiit unus de duodecim qui dictatur Judas Iscariotes, ad Principes Sacer-

Sacerdotum. Matth. 26. *Tunc*: postquam invtravit aviditas pecuniarum occasione effusi ingerenti; vel quando scivit congregatos in odium Christi Pontifices. *Unus de duodecim*: in Apostolice dignitate constitutus. *Judas*: nominatur, ne Iuspficio cadat in plures. *Iscariotes*: ne quis cogitet de Thaddaeo. *Ad Principes Sacerdotum*: infernissimos Christo, & morti ejus intentos. Vide quo evadant indomita animi passiones. 1. Ardebat avaritia Judas. 2. Hinc murmurator factus de propria unguento. 3. tunc caput odisse Christum. 4. Eum pretio vendere. 5. non amico, sed capitalibus inimicus. Timporeinde passiones tuas, & idcirco apud illis securum mortificationis.

2. *Ez ait illi*: *Quid uultis mihi dare*, & ego eum vobis tradam. Ibid. *Quantas*, quam pretiosas merces proponit pestilens mercator, Dei Filiu! sed quia illi affluit, qui precia liberatorem iisque empatoribus remittit? qui nec JESUM nominare dignatur! Refine ergo tam villis est DEUS? Ah! quoties cu eum visitoris affluit! At quanto plurius ille te fecit? qui protege, vitamque suam dedit. O bratum! si non plaris afflitas, si non amas.

3. *Az illi confisa uerunt ei 30. argenteos*. Ibid. *Pretium jumenti*, aut vilissimi municipii. *Quis ille DEI contemptus*. Sed altiore coniunctio tam parvo est venditus. *Noli ille voluer prestatos facere in pretio visitare*, ait D. Paulin. ep. 4. *Ipsa nobis haec uirtute pestis postor*, quod se vili uale affinari, ut ab omnibus ematur. Non potes grandia pro Deo dare, da parva, da cum tam minimorum. His libenter se tibi vendit.

Cœna Paschalis.

1. *Trinitatem ad quandam*, & dicitur: *Magister dicit*: apud se fatio Pascha. Mat. 26. Pauperissimus Jesus, nec ut Pascha celebret, propriam habet commoditatem. *Vilne*, tu non tantum ad spiritualia, sed etiam ad sensualia, omnem tibi suppetere commoditatem. *Patriam filias tantum innuit*, quid placent: *Apud se fatio Pascha*: & ille protinus afflentitur, & iervet ad obsequium. Sufficit ne tibi a Deo, a Superioribus, à regulis innul, quid Deo placat, statimne afflentiris, an quan- doque servilius cogendus es, sic pretium op- ris, & meritum perdis.

2. *Desideravi desideravi hoc Pascha manduca- re vesticum*. Ibid. *Hoc Pascha?* quod est ultimum vita sua, quod mox sequetur, acerba passio, & mors infamis. Ideo omnino, quia post hoc se fit securam mortem, ad quam tui amore semper aspirabat. Quo vicinior est pa- sionis: eo maius gaudium prodit. Si Christum teamare creditis, & pati fugis, tibi mentiris. Probatio amoris est passio, praefertur si in cum gaudio, aut cum antecedente desiderio. O quām tu delicatus es! Non corresponebis de- sideriis Christi, nisi similia concipias.

3. *Confidea Christum* hic servasse omnes legis ceremonias, & quid eae significarent, contemplatum. In agno occiso, excoriato, effe, scipsum occidendum, flagellis excorlandum, & ignis amoris consumendum. In seculo non fra- illis effusus, se luxatum quidem, offa tamea tua non fracta, In festinatione comedentium, felici-

fellationem furor inimicorum . In ~~lallu~~^{languore} agressionis , sui fellis amaritudinem . In barulō , quem manib⁹ tenet , suam Crucem . Cogita , qui fuerint his effectus , se ad omnia hæc oterentis & conare similes elicerē .

FERIA VI.

Locio pedum .

Scien⁹ , quid omnia dedit ei Pater immatur⁹ , surgit a cœno , & cepit lavare pedes i. Joan. 13. Quæ connexio illa ? Scit omnia sibi data in manus , & cepit lavare pedes ? Ut intellegas , quanta sit humilitas , intellige quanta sit majestas ejus , qui se abiit . Potestne majorē cogitare ? Appende vilitatem tuam : & tamen humiliati detrectas . Omnia sunt ei data in manus . Sed tu surripis aliquid illi : quia pedes illi tuos , id est , affectus non das . Ubi vagantur ? nonne post vestigia gregum , seu creaturarum ? Collige eos : configa ei in manus , ut ille laveret a polveribus , aut fodiibus , que ex creaturis adhaerent , & manus sua eos terget .

Surgit a cœno ponis vestimenta , accepit linge tunc , parat aquam , lavat , abstergit . Ibid . Omnia solus agit . Cur non Discipulorum aliquis ad juvandum admittitur ? Ad honorata , ad filiationem Dei , ad hereditatem regni , ad postulatam absolvendi , & cuncti Diabolus admisit socios ; ad ea , quæ sunt humilitatis , prævenit omnes , nec opinante . Sic agunt veri humiles . Non es vere humilis , si in vili ministerio non certas prævenire . At tu fortè nec sequi contendis , & lentus alpicis alios . Credere mihi , aspicies etiam olim de longe , cum illi te ad præmium antecedenter , & sero dolebis .

3 Vol-

Venit ergo ad Simonem Petrum , &c . Ibid . Petrus videt hinc suam vilitatem , inde maiestatem D E I : stupet : Domine , in mei lauas pedes ? Pondera singula verba . Domine universorum , & meus : Tu coquus es potefas , & imperium : mihi seruo viliissimo , & peccatori , &c . Obstupefecit vero quod ipsum toties in te faciat I E S U S , toties te abluit non aqua , sed sanguine suo , seu gratia ex meritis sanguinis . At hujus tanta necessitas est , ut nisi te lavet , non sis habiturus partem cum illo . Dic ergo cum Petro : Domine , non tantum pater affectuum , sed etiam caput cogitationum , & manus operum , ut omnia sint munda in conpectu tuo .

S A B B A T O .

Admonitus Discipulis data post pedum ablutionem .

Sicuti , quid fecerim vobis ? Si ergo ego lavi pedes vestros Dominus , ac Magister vestrorum , & vos debetis alter alterius lavare pedes . Joan. 13. Per interrogationem revocat eos ad attentionem . Res enim attento dignissima est humilitas Christi . 1. Verbo explicat . quod prius exemplo ostendit . Efficacissima sunt docentes verba , quæ ipsius factis animantur . 3. Argumentum nervosum est : Ego lavi , ergo vos debetis : Ego vobis , ergo vos alter alteri . Vide quam à minori ad maius bene concludat . 4. Hic vocat se Dominum , ac Magistrum , ut efficacius persuadeat . Quid tu ad illa ? stipes es , si non convinceris ; lapides es , si non moveris .

2 Exem.

104 HEBDOM. SEXAG.

2 Exemplum enim dedit vobis , ut quemadmodum ego feci , ita & vos faciatis . Ibid. Vide , quod facta Christi tendunt : ut sint tibi in exemplum . Quantum est de te , Vitam admissam factam Christi , si non imitaris : fraudas enim ea fine suo : qui exempla cessant esse exempla , ubi cessat imitatio . Ne feceris tu hanc illis iniuriam . Vide etiam , quam bonum habes Dominum , qui non imponit tibi iugum , quod ipse prior non portet ! Quam bonum Magistrum , qui ut te blandius trahat , prius facit , quam verbo doceat ! Ut bend ergo operaris , atque in singulis exemplis Christi , ut facias quemadmodum ille . Haec compendiola est , & certa perfectio nis norma .

3 Si haec fecisti , beatus sis , si feceritis ea . Ibid. Aperta doctrina est , quod non ille sit beatus , qui multa fecit , sed qui facit , quae fecit . Non enim magnum est , vestitum cognoscere , sed studiosè agere , ait Cyril. Alex. l. 9. in Joan. c. 9. Non ergo facis est , quod scias exempla Domini . Ista scientia est quedam ad imitandum obligatio . Nam Lue. 12. Servus , qui fecit voluntatem Domini sui , vapulat muleis , si non faciat secundum eam . Expende , quanta tu lumines habeas , quantum honorum cognitionem . O si secundum eam faceres , quam esses beatus .

DOMINICA QUINQUAGESIMÆ

Institutio Venerabilis Eucharistie .

A Cripito , & comedite . Hoc est corpus meum . Matth. 26. Crede primum
VIVA -

HEBDOM. QUINQUAG. 105

viva fide , carnem , sanguinem , animam Christi , Deitatem , & quidquid est Deus , esse in SS. Eucharistia , sive vi verborum , si ve per concomitantiam . Admirare Dei sapientiam , que Invenit novum modum se nobis communicandi . Obstupescere , & lauda omnipotentiam , que uno momento , solo verbo illa omnia sub speciebus panis , & vini ponit . Agnosce infinitum amorem , quo hoc facit . Sicut Pater Sic dilexit mundum , ut Filium suum unigenitum daret : ita & Filius , ut seipsum daret , ut sit nobiscum usque ad consummationem saeculi . O admirabilis , & amabilis Deus ! Quid de te cogitaverit , ut incarnetur , quantum est ? sed quanto majus , quod in te , velut denou in mundum veniat , & omnia secum adferat : quae tunc attulit ? Quid retribuit Domino ?

2 Dominus JESUS in qua nobis tradidit accepimus panem , &c. Considera tempus hujus institutionis . Erat illud ipsum , quo ejus vita strenuebatur infidus , quo servebant odis Iudeorum in illum . Sic aquæ persecutionum non potuerunt extinguere charitatem ejus . Sic amat nos etiam , cum inimici sumus . Toremata igitur vicina , crux , infamia , non causarunt separationem Christi a te , sed maiorem rem conjunctionem per hoc amoris , & unionis Sacramentum . Quis ergo te separabit a charitate Christi ? tribulatio ? an angustia ? an fama ? an nuditas ? an periculum ? &c. Rom. 8. Concluse magno , ardenteque amore : In his omnibus separato , propter eum , qui dilexit me .

3 Et manducantibus illis accepit JESUS panem , Marc. 14. Considera , quos Christus adhibuerit convivas , Apostolos nempe , & inter eos , ut communior habet sententia , etiam Ju-

dam. Sed quanta lumentum diversitas! illi corpore simili, & spiritu ardentissimae devotionis, ille solùm corpore, spiritu autem in proditionem Christi intento. Vide bellum illam hic amoris cibo non mitigatam: & adverte, quomodo scelerata in catenam eant, cum passio, ex qua ortum trahunt, non tempeste opprimitur.

FERIA II.

Christus super cenam insinuat proditorem.

x JESUS turbatus est spiritu, & dixit: Amen, diez zobi, quia unus ex vobis me tradet. Joan. 13. Turbatio haec fuit vehementer tristitia. Causa hujus est atrocitas criminis a Iuda patrandi, ab Apostolo, à doméstico. Quid non agit, ut a meditato cum scelere redact? Ostendit se conscientia futurae proditionis, ut non credat Iudas suum scelus latere. Non nominat proditorem, ut parcat famae; ut non concientur in eum alii discipuli; ut Iudas hac lenitate trahatur: ne manifesto eorgutus, sit impudentior. Dum nihil proicit, dat signum proditoris. Qui intinxit meum manum, &c. Intenta ei valet aeternæ damnationis. O bonitas Dei! O duritas peccatoris? O Domine, non iurare cor meum ad tot inspiraciones, quas & milii mittis.

x Et confestillati sunt validi & experienti saguli dicere: Nunquid ego sum, Dominus? Mat. 26. Quid ad dixit. Unus ex vobis, omnes perturbabat. Scilicet hom. 7.1. in Joan. Quare? 1. Non de conscientia reatu, sed de humana mutabilitate incerto. 5. Leo ser. 7. de Paff. Etsi non essent subiconcilio, tuncabant iuxæ fragilitati. Noli ergo

HEBDOM. QUINQUAG. 107
ergo & tu nimium tibi confidere. Cecidit Petrus, qui nimium sibi fidebat. 2. Timenter, nemini verum est, quod in se quisque novet. Idem S. Leo. Etsi enim quis nihil sibi conscient sit, non ex hoc justificatus est. Time & tu, & dic: Ab occultis meis munda me. Audet & impudentissimus Iudas idem querere. Quid tu facis, nete suspectum patiaris? Quam mansuetè respondit Christus: Tu dixisti: non, tu sceleratus, tu perfide, &c. Quid tu respondes ei, à quo offensus es? quibus verbis? quo vultu? à qua voce?

3 Continuit exigit. Erat autem nox. Et cdm exigit, dixit JESUS: Num clarificatus es filius hominis. Joan. 13. Ingrellius in eum Satan, non permittit, ut orationem expectaret, timens ne scintillam in suis animo accenderet, & ad meliora reverberet. S. Cyril. Vide, quam studie Daemon ab oratione avertere eos, quos tentat: & collige, quam efficax remedium esse debet oratio. 2. Quando exivit Iudas, clarificatus est Christus: separato inde nequissimo Iuda, & secum remannentibus sanctis. S. Aug. tract. 6.3. in Joan. quasi una iniqua praefectio gloriam Christi obcuraverit. Qui ergo inter Sanctos vivis, stude virtuti, ne tua vita gloriam Christi oblidesceret.

FERIA III.

Contentio Discipulorum.

1 Falsa est contentio inter eos, quis erum videtur esse maior. Luc. 22. Cottires facti de morte Magistri inquirebant, quis erum videtur esse maior, ut eastris fieret Magister. Euthym. Quam citò mutantur affectus nostrí?

108 HEBDOM. QUINQUAG.

Barrabás postponitur.

* **Q**uem vultis dimittam vobis, Barrabás, quon JESUM? Matth. 27. Conferetur impletis Sanctitatis, scelus innocentiae, Sanctus latroni. DEUS peccatori, quem Seraphino contulisse grandis foret injuria.

Ex-

Exequationem aliquam habet omnis comparatio. Unde tantum dicitur Christus non esse peior deterrimo. Semel à Pilato hanc injuriam tulit JESUS, à te toties, quoties amorem creaturæ illius amori oppoluisti: quoties non minus penit habuisti, cupiditatibus tuis obsequi, quām legi DEI. Quid egili?

2. *Principes autem Sacerdotum, & seniores perfusaverunt populus, ut poteſt Barrabam.* Ibid. Barrabas Patronos habet, JESUS neminem. Tu Patronum age illius, quem ad vocatum habebis apud Patrem, Tu defende virtutem in omni occasione. Perlequere Barrabam. Die animæ tuae, Crucifigatur Barrabas, passio mea peccata mortificetur, pereat. Vivat JESUS in anima mea.

3. *Exclamavit autem universa turba, dicens: Tolle hunc, & dimisste nobis Barrabam.* Luc. 23. Si conferre Christum Barrabæ grandis fuit injuria, quanta erit huic eum nebulae possidere. Summus Deus patitur se infinito loco haberi, & indignabitur pulvis, si humiliori Officio applicetur? Indignariq; infante turba? Et eis idem facis; quoties præponis ea, quae sunt carnis, iis & quae sunt spiritus? mundi honorem, honori DEI, judicium tuum, judicio Superiorum? Non est haec palmaris injuria?

FERIA IV.

Pilatus cedit furori plebis.

* **D**ixit illis Pilatus: Quid igitur fariam de JESU? Dicunt omnes: Crucifixus.

gatur. Matth. 27. Qui nimium turbæ cessit, jam dominatum percisit. Ex plebis insolentia evasit timidus Praeles, ex timore Praefidis plebs audacior; ut jam timeret ille innocentem absolvere, & sententiam rogaret à futeente. Compatere JESU tuo in tanta ignominia. Disce turbæ sensualitatem ne in minimo cedere, alias sit insolenter, voluntas ad bonum debilior. Quare ex te, quid ergo faciam de JESU? Responde: Enim cum tot injurias, impediendo, ubi posero, omne peccatum s' ambo illum, quantum illi oderunt; honorabo quantum dehonorablent.

2. Videntem, quia magis tumultus fieret, laxit manus dicens: Innocenti ergo sum a sanguine Iusti hujus, vos videris. Ibid. Multa tentavit Pilatus, ut JESUM furori plebis eriperet: sed in omnibus simul se ipsum quiebavit: & superavit causa propria causam Christi. Frustra jam lavat manus, qui cot inquinavit. Et quomodo sit cordis innocens, qui, ut avertat tumultum, occidit innocentem? Disce 1. Depurare amorem DEI, & amore proprio non miscere. In eo, quod pro DEO agis, non respice tua commoda, alias hoc omnino desistens. 2. Non esse meticulous in causa Dei contra turbam passionum, alias tibi impetrabit, 3. Non reice in alium culpam, quam tu patrasti.

3. Et respondens universas populis dixit: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros. Ibid. O Divine Sanguis: quam contempsum haberis! quasi nemo te sit unquam requiescerit! quasi non sis clamaturus in celum melius, quam sanguis Abel! Sed habent, quam

quam sibi sollicitarunt, preciam Judæi. Diccam ego suavius: sanguis ejus super me, in quo dealbem animam meam, & super operas meas, quae semper uniam languini, & meritis Christi.

FERIA V.

Christus flagellis conditur.

1. Tunc ergo apprehendit Pilatus JESUM & flagellavit. Jean. 19. Diritatem supplicii ex delicati corporis complexione, ex instrumentorum pondere, & aculeis, ex tortorum immanitate, ex plagarum numero argue. Sed omnia tormenta superbarat confusio ex nuditate califlissimi JESU. Compater dilaniato Christo. Agnosce te horum causam. Nam supra dorsum ejus fabricaverunt peccatores. Psal. 124. Disce, te liberter subenitere percutienti manu Dei, qui pro te se liberter submisit manibus lictorum: & dic cum eo; Ego in flagella paratus sum. Pial. 37.

2. Apprehendit Pilatus JESUM, & flagellavit. Expede virtutes praecipue à Christo in flagellatione exhibitas. 1. Amorem nostrum eximium: qui multa flagella peccatoris. Pial. 31. quæ merueramus, in le solcepit. Duris amorem proba. 2. Humilitatem ex viliitate supplicii, quod erat solum mancipiorum. Hinc II. 53. Vidimus eum despöllum, & novissimum virorum. Mensura tuam humilitatem, an usque ad novissimum descendat. 3. Invictam fortitudinem, & patientiam. Laur. Just. Tanquam Gigas impertitus fuit.

Quo-

146 HEBDOMADA IV.

Quomodo tu sis in adversis? Tert. l. de patet.
 3. Patientiam huiusmodi nemo hominum perparet. Quid tu ad idem vel unius verbis agis? Ambr. serm. 17. in Pfal. 1. 18. Calumnia apposita silentium detulit triumphale. Potestne & tu silere? 4. Letam fuge voluntatis cum Divina conformatio[n]em. Confidisti sacram mentum, & circumdedisti me letitia. Pfal. 19.

3. Et flagellaris eum. Considera, quod refert S. August. serm. de Paf. Motum diritate supplicii litterorum quendam alii clamant: Nunquid interficimus eum non iudicatum? & vincula quibus ad columnam stringebatur, praecucullie; JESUM vero prolapsum in suo sanguine volutatum. Accede & tu, collige hinc eius sanguinem, ut nec tuis, nec alienis pedibus amplius proculetur. Et dum pro te flagellatum cogitas JESUM, noli corpus tuum molliter, ac delicate trahere.

FERIA VI.

JESUS spinis coronatur.

Itexentes eum, clamydem coquimur
 circundaverant ei. Matth. 27. Rex Regum, & Dominus dominantium, ut Rex joculari habetur. Purpura primum, quae erat Regni insignie, induitur. Sed ad hoc exuerunt eum, detrahendo cum violentia vestes, quae toti corpori adhaerabant, non sine ingenti dolore. Et quae confuso iterum nude JESU in conspicuum impurorum militum! Induitur deinde purpura ad ignominiam. Ita est: Christo est ignominia, quidquid mundo est honori: Christo est

QUADRAGESIMAE. 147
 est honori, quidquid mundo est ignominia: Elige prudenter, tene constanter.

2. Et placentes coronam despinis, imposuerunt super caput ejus. Ibid. Siccine gloria, & honore coronasti cum, Domine? Ita est: In Regno Christi non aliae sunt coronae, quam quae pungunt. 2. Exi, & vide Regem tuum in diademate, quo tu eum coronasti. Tu coronasti te robis, JESU tuo solas spinas reliquisti. 2. Tu pupillisti eius caput cogitationibus, ac judicis tuis. Agnosc, deplores: compatiere JESU tuo, & audi dicentem tibi: Non agnosco sub spinoso capite membrum delicatum.

3. Et arundinem dexteram ejus. (Matth. 27. pro joculari sceptro. Et genuflexo ante eum, illudenter et dicens: Ave, Rex Iudeorum. Et dabant ei alpas. Et expulerunt in eum, accepserunt arundinem, & patuerunt caput ejus. Joan. 19. Expende haec iudicia. Inspice affectus Christi. Compaterem amantissimo Regi. Dica ei opera tua, & obsequia. Da te tanquam arundinem in manus ejus: Genuflexiens adota eum: Ave, Rex meus. Deterge spuma. Excipe aut eius loco, aut pro eo, si non alpas, alias occurrentes injuras.

SABBATO.

Ecce homo.

Icce adduce eum vobis foras, ut agnoscatis, quia nullam iniuriam in eo causam. Joan. 19. Accede & tu ad hoc speculum: Cognosc, quod nulla sit in ea causa, sed in te; ille vero causam tuam ex amore in se

148 HEBDOMADA IV.

se suscepit. Vnde si illa est tacis, quae in monte Thabor resulserit. In externis est opprobriatum hominum, & abjectio plebis. Psal. 21. In internis, speciosus forma pro filius hominum. Psal. 44. Cognita hanc tibi imaginem proponi, ut vitam tuam ad eam conformes.

2 Et dicit ei : Erice homo. Ibid. Pilatus Iudeis, ut misericordia moti, desistant eius mortem postulare. Cogita tibi ab aeterno Patre dici : Ecce homo ; qui habetens iacobas paralyticus, & humerum non habebas, hic hominem vides, qui omnes tuas infirmitates curabit. Huic tu illas humiliiter expone. In hoc hominem confide : ceterum in nullo : ne tibi aliquid exprobret. Ecce homo, qui non posuit Deum adiutoriem suam. Psal. 31. Ecce homo, qui in te, ut in latronem incedit, & de seculorum eum. & plagi impositis abiit, & semivivum reliquisti. Luc. 10. Ecce homo, quem unum, & semper alpicere debes in omnibus operibus tuis.

3 Cum ergo videntur cum Pontificis, & ministri, clamantes, dicentes : Crucifige, crucifige eum. Ibid. Nondum faciat est crudelitas. Addunt clamoribus rationes : Secondum legem debet mori. Quare ? quia fidem Dei fecit. Ergo, si filius Dei est vis, debet mori. Ita omnino. Vetus homo mori debet, ut vivat novus. Inclama ergo tibi : Crucifige veterem hominem cum concupiscentiis suis.

DOMIN. V. QUADRAGESIMÆ.

Iterum Pilatus pro tribunali sedet.

1 Cum audivisset Pilatus hanc formam, magis timuit, & ingressus est pro-

QUADRAGESIMÆ. 149

procursum iterum, & dicit ad JESUM : Unde es tu ? JESUS autem responsum non dedit ei. Joan. 19. Considera t. timorem Pilati. Deiderabat Christum dimittere, quem innocentem agnolcebat, sed timebat tumultum populi. Nunc quia audivit, quod se filium Dei fecit, & vidit opera ejas à dicto non dissonare, magis timet, fortè filium Dei condemnare. Ideo querit : Unde es tu ? Si Primo statim recidisset hunc timorem, non tam periculose lufaretur. Qui femei ecceit passioni, semper fortiore experitur. Tu principis obla. Quare & tu : Unde es ? ut benè Deum noveris. 2. Nihil respondit ei, ne dimitteretur liber. Tantum te amavit ! Tantum opas salutis nostrae, quod suicerat, perfidere desiderabat.

2 Dicit ergo ei Pilatus. Mibi non loqueris ? Neceps, quia patetatem habeo crucifigere te, & dimittere te ? Respondit JESUS : Non habere patetatem auctoritatis me ullam, nisi tibi datum esset despicer. Ibid. Ecce iterum superbia opprimit lumen, quod habebat de Christo dimittendo. Ita de una passione in aliam sit fatus, & una alteram iuvat in rolam. 3. Expende responsum Christi. Applica illud tibi in omni adverteritate. Verum enim est, quod nulla in te possit quidquam, nisi datum sit illi despicer. Agnoce proinde omnes ex illo venire ; quamvis DEUS ad eas inferendas creatis instrumentis utatur.

3 Pilatus querebat dimittere eum. Iudæi autem clamabant dicentes : Si hunc dimittis, non es amicus Cesaris. Ibid. Violenta haec est machina. Ne perdit amicitiam Cesaris, DEUM

DEUM perdit. Quām inique: quām prae-
pōstere? Tūnīt, ubi non erat timor. Quotū
diūm hoc est, fortē & tuum. DEUM con-
temnīmus, ut hominem amicūm conser-
vemus. Expende, quām hoc iniquum sit.

FERIA II.

Pilati in Christum sententia.

ET dicit Pilatus: Judeis: Ecce Rex ve-
stis. Illi autem clamabant: Tolle, tolle,
crucifige eum. Joan. 19. Agonizans frigida
defensio, quā adhuc clamores turbarum ad-
mittit, & aufficit. Non bene satis à passione
re tueris, si ei aspergulas. Semper illa clam-
bit, ne mejori assentiari, sed commodiōri.
Agosceret Regem, quem tollendum illi clama-
mant. Exhibe illi solium, cor tuum: Rogo,
ut hic imperet.

Dicit ei Pilatus: Regem vestrum crucifi-
gam? Responderunt Pontifices: Non habemus
Regem, nisi Cæsarem. Ibid. O cœcitas! Cæs-
arem agnoscunt Regem, à quo spoliantur sua
libertate: Christum, qui venerat, ut eos in li-
bertatem alliceret, relinquent. Quoties tu Ty-
rannum animi colis. Christum despici? il-
lus suggestione, velut imperia audi? hujus
contemnīs? Dic potius: Non habeo Regem,
nisi JESUM Christum.

Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifi-
xerentur, Ibid. Considera: injustum sententiam;
quia iudex toties innocentem agnovit, &
tempore condemnat. 2. Crudelem, quia, ut
aīt Luc. 23. Tradidit eum voluntati eorum,
surentium scilicet, & capitalium inimico-
rum. 3. Cogita JESUM-hanc sententiam non
tam à Præside, quām ab aeterno suo Patre

de-

decretan in mundi salutem accepisse. Dicam
me libenter tradere voluntati Dei, qui se tam
prompte tradidit voluntati eorum.

FERIA III.

Crucis Bajulatio.

ET bajulans filii crucem exivit. Joan. 19.
Confiderat, quām suavi affectu dicit de-
ideratam Crucem-sit amplexus: sine maio-
te, quām Andreas suam; cupiens in ea de-
fida nostra portare. Quām gravem tu eam
tuus reddidisti: Admirare ejus affectum, &
gratias age: detestare tuum, qui injuncta of-
ficia queris elle supra tuas vires. 2. Non
abherret eum infamia Crucis, quā erat sup-
plicium atronum: non pondus debilitato cor-
poris admodum grave. Hæc sunt, quæ teple-
rimumque terrent. At non efl. infamia lequi
JESUM. Defectum virium supplebit ipse;
Vel etiam succubuisse erit gloriosum.

Executi invenerunt hominem, nomine
Simone. Hunc angariaverunt, ut tolleret
Crucem ejus. Matth. 27. Etsi violenter par-
ticipes factus infamia Simon, accepit gratiam
illuminationis, & deinde gloria. Si anga-
riato hoc dedit JESUS, quid dabat volen-
ti; Associa te, aut subi vices Simonis.
Non deterreat tepondus, non hominum ju-
dicia, non consilio. Si compateris, & con-
regnabis.

Sequebatur autem illum multa turba pe-
puli, & mulierum. 2. Quām diversis affectibus
aut ut irrideant, aut ex curiositate, aut ex
humanæ familiaritatē nemo, ut tollat Cru-
cem suam, & sequatur eum. Vide, ut tu hoc
cum

cum affectu sequaris. 2. Semel suscepit Crucem constanter tulus usque ad montem Calvarie. Et hæc tot per viam difficultates, ob pondus, debilitas vires, confusionem, irritiones, &c. occurrerent, non tamē dimisit. Disce non ad horam portandam tibi esse Crucem, sed tota vita.

FERIA IV.

Crucifixus JESUS.

ET dederunt ei vinum bibere cum felle missum. Et, eum gustasse, noluit bibere. Matth. 27. Dulcedo cordium poterat felle. Gustavit ut suum etiam palato daret tormentum. Noluit bibere, ne amicarentur viscera, que sunt misericordiae. Vinum dat mundus, sed nūquā parum. Id, quo delestat, permiscet felle. Ah noli bibere; quia in novissimo mordet ut celer. Proverb. 23. 2. Vinum non bibitur, quia felle nullum. Displicent optima, quia miserae pessimis. Intentio mala, optima opera depravata. Sic illa age, ut nihil credidit, nihil simulationis, nihil commodi, aut amoris proprii admisceret.

Ibi crucifixerunt eum. Lyc. 23. 1. S. Amb. in C. 23. Luc. ait: Nudus Crucem ascendit; talis ergo ascendat, qui seculum sinecero parat, et secundo adjumento non querat. Nihil in mundo atruit, nihil auferit pauperissimus JESUS. Non amat Crucem, qui non amat paupertatem; quia in ea nemo, nisi nudus dignè pendet. 2. Cogita violentiam, quia manus, pedesque trahuntur, dolorem ex træctione clavorum; & patere te per obedientiam

tiam trahi, loco, & numeretiam arduo, ac tibi difficili applicari. 3. Cogita, Christum egisse iterum Patri gratias pro illa hora, qua consummator erat opus: obtulisse te in sacrificium pro mundi, ac nominatum tuis peccatis. Quid vero tanto amori rependas, quo dilexit te, & tradidit semetipsum pro te?

i. 3. Et cum eo alii duos, hinc, & hinc medium autem JESUM. Joan. 19. Hoc ad maiorem ignominiam spectabat, ut peior pessimis latronibus crederetur. Cogita tria genera crucifixorum: pessimus unus, alter conuertitus tertius ipsa innocentis, & Dei Filius. Quandoquidem sua justis, & iniquis crux est: noli crucifigi, ut latro, aut feceribus animam dare Crucis; noli via lenter, ac proindè sine merito. Crucifigere cum Christo sponte, cum audio, & ex obedientia.

FERIA V.

Sortes la vestes, Titulus, & Blasphemiae.

ERAT autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dicerunt ergo ad invicem: Non scandamus eam; sed sortiatur de illa. Joan. 19. Divisa primum est exterior Christi vestis in quatuor partes. Interior, & inconsutilis levatur integra. Vestes Christi fideles sunt. Scinduntur, qui corpori Christi non penitus adjacent. In quo non est fundamentum amoris Dei, non est etiam amor proximi: qui adhaeret Deo, adhaeret & proximo per charitatem. Quoties, quod non aucti sunt Iudei; auius est tu;

154. HEBDOMADA V.

& vestem hanc charitatem Christianam discidi-
lli? Dic in posterum: Non scindam eam.

2. **JESUS Nazarenus Rex Iudeorum.** Ibid.
Morienti titulus datur ab ipsis hostibus, qui da-
tus est: nascenti a tribus Magis. Sic potefias
eius, & imperium firmatur. Sed heu! non
agnoscitur Rex ab iis, qui erasum hoc nomen
volunt. Erit tamen milii Iesus, & Salvator.
Eritis mihi Nazarenus, & floridus, ac in ipsis
tormentis amabilis. Eritis mihi Rex, cui me
deuotoe: nec alium anima mea Dominum
admitteret. Ut nunquam discedam, Christo
confitar Crucis, clavis timoris, amoris, &
mortificationis.

3. **Blaſphemabant eum**, exprobrantes impo-
tentiam salvandi seipsum, presumptam Regis
dignitatem, fiduciam vanam in Deum, inanem
Dei filiationem. Haec omnes calumniæ extin-
guentur, si descendat de Cruce. Ita enim ajunt:
Descendat nunc de Cruce, & credimus ei. Sed
frustra. Immo, quia filius Dei est, non descendit
de Cruce. Filiorum Dei est, in cruce suscep-
ta constanter perieverat, ac mori, tum continua
sui ipius mortificatione, tum quotidie voca-
tionis lute confirmatione.

F E R I A VI.

Primum, & secundum Christi Verbum
in Cruce.

1. **I**ESUS autem dicebat: Pater, dimitte illis:
non enim scirent, quid faciunt. *Luc. 23.*
Loquitur in causa aliena, qui semper tacuit in
fusa. Et prima causa non est amantissime Ma-
tris, sed crucifigentium. Expende verba.
Patri nomen usurpat, ut ad pietatem moveat,
moneat-

QUADRAGESIMA. 155
monetque esse Patrem non tantum bonorum,
sed etiam malorum, & te omnium fratrem.
*Illi*us, non desuit praesentes Crucifixores, sed
etiam futuros, scilicet omnes peccatores. Quid
non spes, qui te non excludi vides? Non
scirent, quid faciunt. Exculca quod potest,
per ignorantiam: quia vero *omnis peccator ignorans est*, nec afflitum peccati gravitatem.
Offensum quid tu agis? Ora pro praesentibus.
Ignosce illis. *Exculca & tu, quoad potes.*

2. **Domine, memento mei**, dum veneris in re-
gnum tuum. Ibid. Latro bonus reprehendit
locum blasphemantem, confitetur peccatum
suum, dat testimonium innocentia Christi,
credit Christum esse Deum, & plenus spe cum
orat: *Domine, memento mei, dum veneris in regnum tuum.* 1. Quid non potest uno penè mo-
mento Dei gratia acceptata? 2. Non petit latro
liberationem à cruce, sed sui memoriam. Sa-
tis illi provisum est, cuius Deus meminisse di-
gantur, 3. Duo sunt ad latus Christi, unus con-
vertitur, quis non speret? unus damnatur,
quis non timeat, etiam si sit apud felum?

3. **Amen dico tibi: Hoc mecum eris in Para-
diso.** Ibid. Quae benignitas Iesu? plus exhibe-
ret, quam petatur. 1. Quod promittit, non dif-
fert. *Hodie, 2. Mecum quod solarium esse cum
Iesu?* In paradiſo cum illo esse & tu deside-
ras? Sed esto prius in Cruce. *Ad magna pra-
mio perveniri non patet, nisi per magnos labo-
res.* S. Greg. hom. 37. in Evang. Si compassus
fueris, conregnabis.

S A B B A T O.

Tertium Verbum ad Matrem, & ad Joannem.

STABAT JUXTA CRUCEM IESU MATER ejus,
Luc. 23. Quis putas fuerit dolor san-
ctissime Matris, quae unicè diligebat filium? Iesu quem non ignorabat Deum, & hominem;
juxta: quæ oculis suis inspiciebat; crucem:
tormenta, & infamiam supremam. Et tamen
stabat, & ipsa animo Elium pro mundis salute
offerebat. STANTE LIGO, STANTE NON LIGO, ait
D. AMBRO. IN CAP. 23. LUC. STARE NOME; (adgit
Amatus hom. 5. de Martyr. Virg.) in illa
cordis amaritudine, magne adseriuntur confor-
matio. Dicte 1.flare in adversis. 1. Mente, &
ratione. 2. Voluntate constante. 3. Etiam in-
fractio exercitio. Dicte 2. Nihil creatarum re-
rum, etiam spiritualia foliatia ita amare, quin
si Deus velit, si expedita pro aliorum salute,
perdere velis.

2. CUM SIBILLES JESUS Matrem, & Discipu-
lumstantem, dicit Matri sua: Mulier, ecce filius tuus. Ibid. Sui loco relinquit Matrem Joannem. Sed quæ comparatio utriusque? quale solarium, loco Dei patru hominum Non enim eum
Beatisimam Virginem in Joanne semper
speculatam esse Christum. Dicte & tu in
proximis agnoscere Christum, frumentor ince-
reter charitas: praesertim vero in Superioribus;
exalior erit obedientia. Sed cur Joannes Ma-
tri? 1. Privilegio virginitatis hoc tribuit The-
ophylatus: Virgo Virginem commendavit.
Quia ipse quoque ad Crucem stetit:
Usque adeo bonum est, inquit ille, flare apud
patronum Christum, nam in fraternitate ejus
guzit.

QUADRAGESIMA. 257
dicit. En quibus frater Christi, quibus Vir-
ginis filius evadas. Pulchri tituli hoc constante
pretio.

3. Deinde dicit: Discipulo: Ecce Mater tua;
Joan. 19. S. Ambro. in exhort. ad Virg. Vocata
à Christo reliquit patronum. Huic tradidit
Virgo, qui sunt nefas. Quod tibi solarium el-
let, si in tibi in Matrem daretur: At fieri
potest, si amore Iesu tuos nescias, & carnalem
ad eos affectum exuas. 2. fieri potes frater Je-
su, & hinc Mariæ filius, si exacte te voluntati
Dei accommodes: Qui faceris voluntatem
Patri mei, ipso meus frater es. Matth. 12.
Accipe ergo illam in tua, & dic: Monstra te
esse Matrem: sed vicissim tu monstra te esse
filium.

DOMIN. PALMARUM.

Quartum, & quintum Christi Verbum.

CITERA HORAM NONAM CLAMAVIT JESUS
voce magna: Deus meus, ut quid dereliquisti me. Matth. 27. S. Leo: Vox ipsa non
querela, sed doctrina est: erudiens nos, colligens
devenisse Christi dolores, ut noluerit eos etiam
interna Dei afflictitia mitigare. Et tu quot
foliatia, non tantum à Deo, sed à creaturis
mendicas? Magnus est valde magnum ait Thom.
Kemp. l. 2. c. 9. quād humano, tam Divino
peccati carcere sciatios & pro honore, Dei liberator
excilium cordis velle sustinere, & in nullo seipsum
querere.

4. Ut consummaretur scriptura, dixit; Sistit.
Joan. 19. Sciebat, omnia se impleuisse, quæ
de se erant in scriptura, hoc unum deselit:

158 HEBDOMADA MAJOR.

In siti mea potaverunt me aceto. Psl. 63. Hoc ergo implete voluit. Vide, quād ad omnem obedientiē apicem attendat Christus. 2. Magna evacuatio sanguinis magnam lutim erat. Sed maior erat litis plura patienti. Blof. in expl. psal. cap. 13. *Habuit aliam sitim, puta amplius patienti, atque evidentius suam nobis amorem demonstrandi.* O si dares animam tuam, quād eum reficeres! Examina taum in Deum, & falintem proximum tuum amorem. Quid pro illis tolerare desideras.

3. *Vix ergo erat postum aceto plenum.* Illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circumponeret, oblaternit ore ejus. Ibid. Aceto modico, & hyssopo re fecitur exhaustus, & moriens Deus. Habes in mediis etiam laboribus frangendi spexitus exemplum. Non æstima lautiora tibi deberi. In schola Christi in mundis illi debetor in hoc mundo, qui plura prestat. Servus Christi nonnquam vult indulgentius haberi. 2. Actum sunt fidenti Deo, qui optimos dies transfigunt in mundanis, & carnalibus: feniū verò tanquam fæces etatis Deo dare volunt. 3. Vas aceto plenum, sunt corda amaricata, & plena rancorū, aut impatiencie. Euachia hoc vas, & impie su avi vino charitatis.

FERIA I.

Sextum, & septimum Christi Verbum.

1 **C**onsummatum est. Joan. 10. Quod Pater mandauit, quod ego suscepī peragendum. Divinum est, corpta perficere. Modica laus est incipisse, maxima perficisse. Non qui coepit, sed qui perfect, præmium capit. Quād multa tu ordiris? quam pauca ad finem deduc-

HEBDOMADA MAJOR. 159

deducis? Imitari Dei tui confiantiam, ut & tu diceris possis hora suprema: *Consummatum est;* quod Deus iussit per præcepta, quod sulcepī per consilia, quod jubent Reges, quod monnit gratia. Quād felix tunc eris! sed quam longè adhuc abes!

2 *Pater, in manus tuas commendā spiritum meum.* Luc. 24. Expende verba, Pater: fiducia, & amoris verbum est. Non bene id usurpas, nisi viuis ut filius amans, reverens, obsequens. *In manus tuas,* in quibus una est quietis, & securitas. Ut in illis sis aeternum, coniice te in illas, dum viuis, perfecta tuæ voluntatis in Diuinam regenerationem. *Commendā spiritum;* non corpus. Hoc in lectulo Crucis jam quieticit. Dilce spiritus majorem habere curam, quād corporis. Ut autem spiritus secure transeat in manus Dei, vide, ut corpus semper sit in Cruce. Hic solus tutus est transitus, alias omnis periculus.

2 *Est inclinato capite tradidit spiritum.* O sublimus mysterium! Deus moritur. Hoc allequi non potes, nisi prius discas, quid amor possit. Et pro te moritur. Vide, homo, quanti sis pretii apud Deum. Verè dixit Apostolus 2. Cor. 6. *Euphi cōfis pecto magna, morte Christi.* Quid rependas, ne sis ingratu? Et tu spiritum tuum superbum, inclinato per humilitatem capite, trade. 2. Inclina caput tuum per obedientiam usque ad migrationem spiritus. 3. *Inclina cor tuum ad cunctiendiā justificatiōnē tuar.* Psl. 118.

FERIA III.

Prodigia in morte Christi.

Ecce velum templi se ipsum est in duas partes a summa usque deorsum. Mat. 27 ut significaretur morte Christi antiquam legem esse reficiam. Operetur in te hoc ipsum mors Christi, ut vetus lex, quae est lex membrorum, in te resindatur. Efficacissimum argumentum occidendi veterem hominem, eum Iesum occidit. 2. Se ipsum est: ne sancta amplius ombrae ventur. Frivole rationes sunt vela quaedam, quibus Divina obvelamus. Resindatur illae, ut ista melius peripicias. Nonne illi lapidis tui animi oculus fuit impeditus?

Terra mota est, & petra scissa sunt. Ibid. Haec sunt signa condolentis naturae. Pudet, hominem non tantum dolere mortem Christi, quantum elementa leserunt. Terra est: iam pridem tibi dictum: quia terram amas. Deus mortuus est. Hic facilius debes, & quidquid terrenum excutere. Condolere non potes, nisi ames: amare autem Iesum non potes, si praeter Iesum aliud amas. Petra est, vel grauis pondere peccatorum, vel dura tui iudicii, ac voluntatis obstinatione. Si mors Christi penetrat, discindere contritione.

Et mensura aperientur. Ibid. Osten-sit, quod Christus mortem nostram moriendo destruxerit, dum per eum iuri mortis ipsi mortui eripiuntur. Hoc quoque operetur in te mors Christi. Aperitur, & denudetur penitus sepulchrum tuæ conscientie.

tit ei, cui debet. 2. Aperiatur sepulchrum dealbatum, simulationis, ut appareas, quod es, non quod fagus. 3. Aperiatur sepulchrum malaram conuentudinum, easque omnes emitat, ut posthac ambules in novitate vita.

FERIA IV.

Varii diversorum affectus in morte Christi.

VIdens autem Centurio, qui ex adverso stebat, quia se clamans expirasset, ait: Verbi hic bonus filius Dei erat. Marc. 15. Ex elementorum trepidatione subortus in Centurione timor, ex timore altior ad horum auctorem cogitatio: hinc cognitio, & tam nobilis confessio. Quot alii spectantes idem, sed immoti. Mirabilis Deus in fluctuendis cordibus. Tu interim dicte ex illis, que fieri vides in natura, cognitionem ad omnium auctorem erigere, eum confiteri, & magnificare. 2. In ipsa vilitate passionis, Deum constitutus quia isthie Divinum vidit: Certum est, si quid in te Divinum sit, id in auctoritate, in contemptu pociissimum elucere, & probari.

Et omnis turba errans, qui simul ad sepulchrum issus, & viderant, que fiebant, perentientes tollora sua reverebantur. Luc. 23. Plebs aliquem animi motum prodidit, non Principes Sacerdotum. In superbos, & obstinatos vis cedit, aut raro bonus affectus. Et illa tamen plebe nemo confessus est Deum. 1. Quia aderant solam tantum ad sepulchrum. Unde tam rarus tibi, I 5 aut

162 HEBDOMADA MAJOR.

aut tepidus ad passionem motus ; forte quia
ex ut spectaculum meditari, non ut bonita-
tis, amoris, ac misericordiae argumentum.
2. Revertabantur . Vidiisse, & abiisse quid ju-
vat ? Perseverandum est ad Crucifixum, &
siquis hoc obiecta pascendum animus .

3. Stabant autem omnes nos ejus à longe ,
& mulieres hæc videntes . Ibid. Hæ teneris
Iachymis mortem JESU deplorabant. Non
probo , quod à longe . Cominus spectanda
est Christi mors . Petrus , quod à longe se-
cucus sit excidit . Nolim à JESU procul
abesse . Etsi vero non propè , stabant tan-
to , ut & viderentur . Stabant constan-
tia , videbant contemplatione ; accedebat ani-
mus , quo non penetrabant corpora . Perse-
vera in aliud tibi representatione vite , &
mortis Christi .

FERIA V.

Lancea latus ejus aperitur .

1. A D JESUM autem cum venissent , ut
viderunt eum iam mortuum , non fre-
gerunt eum crux . Io. 19. Opinionem Judæorum
præmortuus est JESUS : forte indignatissimi ,
quod amplius sanguine non possint affersum ,
Dei in nos amor acceleravit mortem , ut opus
redemptionis nostræ citius perficeret . Quia
felix tu ! si , cum diabolus , aut malignus homo
te querat affligere , jam tibi , mundo , &
concupiscentiis tuis per solidam abnegationem
mortuus inveniaris ! Hic modus est conser-
vandi olla integra , hoc est , soliditatem vir-
tutum . Alias sine mortificatione nulla virtus
est solida .

2. Unus

HEBDOMADA MAJOR. 163

2. Unus militum lancea latus ejus aperuit .
Patet amoris osium , omnium dolorum sca-
turigo . Vide quantis tu cor illud doloribus
afficeris , quam illud peccatorum tuorum
veneno infeceris : quantum ille te amave-
rit ! Vide quantis amoris characteribus ille
te in libro filiorum Dei descriperit ! Pedes
dedit peccatoribus , ut Magdalena . Luc. 7.
Manns amicis , ut Petro . Act. 3. Cor dat
filii Dei , quibus dicit . Ila. 66. Ad ubera
ra portabimini . Hic memento ingratisu-
nis tuae , amoris sui . Aspice cum nunc cum
amore , ne olim videas cum tremore , in quem
transfixi .

3. Et continuè exivit sanguis , & aqua . Ibid.
OppORTUNA salutis nostræ remedia , SS. Sacra-
menta , quibus & ablueremur a peccatis , &
adornaremur gratia . An & hoc parvum amo-
ris signum est ? Quantum vero illud ? usque ad
ultimum guttam languinem pro te dedit . Tam
expio munere ipsa redemptio agitur , ut bona
Deum valere videatur . Euseb. Gall. hom. 6.
de Pasch. Quam liberalis in te est Deus ! quam
tu parcus in illum , ut pro tanto sanguine nec
lachrymam stiles !

FERIA VI.

P A R A S C E V E S .

Contemplatio Crucifixi JESU .

1. O Uros omnes , qui transfris per viam at-
rendit , & videt , si est dolor sicut do-
limentus . Thren. 1. Considera tormenta Chri-
stii in corpore . Psalm. 21. Foderunt manus
meas , & pedes meos ; dimicaverunt omnia;

I. 6.

164

164 HEBDOM. MAJOR.

offenses. Iaiac. 1. A planta pedis usque ad ratiem capitis non est in eo sanitatis. 2. in animo ex contemptu fuit. Psal. 4. Subsanaverunt me subfannatione. Thren. 3. Fadus sum in desiderio omni populo meo. & canticum coram vesta die. Ex infamia crucis cum latronibus. Iaiac. 5. Et cum sceleratis reputatus est. Ex defectu. compatientis, aut consolantis. Thren. 1. Non es, qui consolatur eum ex omnibus ebrietate ejus. Omnes amici eius forevunt enim, & falso sunt ei iniuriant. Pslal. 68. Suspici, qui simul ceteris patrarentur, & non fuit, & qui consolator, & non incensio. Ex ingratitudine hominum, & parvo fructu luce Patonis. Pslal. 29. Quae utilitas in sanguinem meos. Iaiac. 5. Quid est, quod nostra debet facere sancta meta, & non feci. Expectavi, ut faceres uras, fecit autem lacrimas.

2. Quid sunt plaga ista in medio mansum tuarum. Zacher. 13. Quare ita ex Jesu tuo. & respondentem auditrix plagatus sum in deinceps coram, qui diligenter mihi. Agnoscit infinitum amorem. S. Aug. lib. de Virgin. In officio canunt hoc encyclicaliter ad ascensionem, et corporis sum ad dilectionem, beatitudinem etiam ad amorem, etenim corpus Christi ad testimonium datur, et totum corpus Christum ad testimonium datur. Haec quanta gratia, cognitare; haec in plena vesti cordis appendit; & rerum ubi signatur in corde, qui tenuis pro nobis fuit affixus in cruce. Vere dilexisti nos, & tradidisti semper sum pro nobis. Ephes. 5. Illud à te queri existimis. Petre, amar me. Et respondere totto affectu. Domine, tu sis, quia amo te.

3. Pre omnibus mortuis est Christus, ut qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipse mortuus est. Cor. 5. Hanc ex Christi morte fratrum trahit. Non tibi, non commode dita-

HEBDOM. MAJOR.

165

ditati, non delectationi, non honori vive, aut auctum ultum impende. Te, & tua illi debes. Non es nisi Christus. Empi enim estis pretio magno. 1. Cor. 6. Quid ergo retribuam Dominis, ait Berninus tract. de dilig. Deo, pro auxiliis, que reddidit mihi? In primo opere me mihi dedit, in secundo se, & ubi se dedit, me mihi reddidit. Datus ergo, & redditus me pro me abeo, & his abeo. Quid Deo tribuum pro se.

ABBATO SANCTO.

Depositio corporis Christi de Cruce, & sepultura.

1. Joseph, qui & ipse Discipulus erat Iesu, occulitus sicutus propter mecum Iudeorum, audacter intravit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Matthe. 27. Iordan. 19. Marc. 5. 1. Patibulatum corpus Iesu unus tantum petit, quam pauci amant Iesum Crucifixum? 2. Aut ob metum latebat, iam pendens Iesu le declarat Discipulum. Hic fructus passionis est. In te vacuam non credam, si in confusione, & vilitate Deum agnoscas, & sequaris siique audacter nulla veritas pericula, praefles.

2. Venit autem & Nicodemus, frons mixtum Myrra, &c. Joan. 19. Duo ergo ex omnibus Discipulis sunt, qui in Crucifixum Iesum testantur affectum. Aude tu tertius esse. 2. Expende officia, quae Christo exhibent. Deponunt corpus de cruce, aromatibus condunt, involvent sindone, & suis humeris viri nobiles cum, qui tam infamia

166. HERDOMADA RESUR.

mis habitus fuit, deportant. En quam contemptu Christo nobilitatem tuam subficiunt, ut tu eidem contemptu non neges tuam vilitatem. Exhibe eadem officia in Christi membra, seu proximos, deponē de cruce afflictos solatio-spirituali, condī aromatibus, sive cura illorum famæ, involve sindone silentii eorum de-fectus.

3. Et posuit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra, & advolvit sarcum magnum ad os suum monumenti. Matth. 27. Sepelit in corde Christum, quoties sumis. Hæc ergo observa. Sit sepulchrum novum, in quo non sit ullus alias positus sinister affectus: sit in lapide immobilitatis, & constantiae: advolve sarcum efficacium propositorum: circumda custodiā sanctorum cogitationum, &c.

DOMINICA.

RESURRECTIONIS.

Resurrexit tertia die secundum scripturas. 1. Cor. 15. Succedunt ista tribus. Deus ita constituisse videtur, ut per aspera eatur ad amictu. Christus glorie resurrectionis præmisit 33 annos dure vita, tres dies acerbissime passionis. Sic ergo, & tibi eundem ad gloriam. Si commortuus fueris, & convives.

2. Ego dormio, & speratus sum, & resurrexi. Pl. 3. Anima Christi reunitur corpori, ut quod locum fuit passionum, effet & resurrectionis. In momento recessunt litor, & vulnera: accidunt decor, & gratia, quo tam corporis, quam animæ illius gaudio & gaudi.

HEBDOMADA RESUR. 167

quibus Patrum ex limbo eductorum affectibus, fidelis, specie, charitatis, gratulationis, &c. Accede ad Christum paribus. & ut gaudium tuum sit plenum, unire & te tanquam membrum corporis Christi illius anime per amorem.

3. Quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patri, ita & nos in novitate vite ambulemus. Rom. 6. Recipis fructum resurrectionis Christi si ambulas in novitate vite, nisi occidas veterem biominem. Sicut non est ingressus ad vitam æternam, nisi per mortem naturalem; ita nec ad novam, per se. Namque vitam ingredieris, nisi spiritu fallax carnis mortifices.

FERIA II.

De dotibus Corporis glorioſi.

Seminatus in corruptione, surget in incorruptionem. 1. Cor. 15. Prima Corporis glorioſi dos est, qua & mortis, & morborum, ac vulnerum immune redditur. Mortis illi ultra non deminabitur. Rom. 6. Quibus mediis ad hanc evaleat Christus. Patiendo, & moriendo. Huc tu evadere debes, ut nec in prosperis, nec in adversis illo pravo affectu contempnas. Ad hoc vero expende, quam necessarium fit mortificationis studium, juxta reg. Summarij duodecimam.

2. Seminatus corpus animalis, surges corpus spirituale. Ibid. Secunda dos est subtilitas, qua corpora dura, & aliis corporibus resistentia penetravit. Tu penetra omnes difficultates, & impedimenta in via virtutis. Omnia potes.

168 HEBDOMADA RESUR.

in eis, qui te confortat. Sed ad hæc quoq; opus est, ut seminetur animale, & proprii commodi studiosum.

3. *Seminatur in infirmitate, surget in virtute.* Ibid. Tertia deo est agilitas, quæ se ubi volebat, momento prætentem fillebat. An ita agilis ad inspirationes divinas? an ad nutus Superiorum? an ad progressum in via virtutis? an ad seminandum in infirmitatis tuae cognitione, & abjectione tui?

4. *Seminatus in ignobilitate, surget in gloria.* Ibid. Quarta deo, charitas, quæ longe super fulcem resplendit. *Sic lucet lux tua coram hominibus, ut videant opera tua bona.* At non erit, nisi femines in ignobilitate, & abnegatione tui.

FERIA III.

De vulnerum cicatricibus in gloriose Corpore reservatis.

Quid sunt plaga ista in medio manuum tuorum, Zech. 13. Euseb. Emis. hom. 20. de Pascha, ait: Ideo in gloriose Corpore retenuta ruinera. *Ne causam ipsam gloria obsecnaret lux gloria.* Voluit is aeternam confitare, se per vulnera cimile gloriam. Si hoc est gloria premium, quid ego olim ostendum, qui pati delecto. *Christum aportuit pasus;* & ita instrate. Ergone mihi alia via pingetur.

2. Non obliviscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te. Iaia 49. Altera reteneturum cicatricum causa est, ut sit Christo memoriale sui

HEBDOM. RESUR. 169

sui in nos amoris, pro quibus ex pati voluit; & in iis legat premium nostræ salutis, perague adhuc nos amare, qui tanto illi confidamus. Ergo tui memoriam in aeternum vult habere Jesus. Recordare & tu Salvatoris tui. At non sapere recordaberis, nisi oblivicularis creaturarum, quæ memoriam Dei impediunt.

3. *Et videbit eum omnis oculus,* & qui eum pupugerunt. Apoc. 1. v. 7. Tertia causa est, ut olim damnandis ea ostendat, exprobret facitiam, qui eum peccatis suis crucifixierunt: ingratisitudinem, qui tanto amori non correspondenterunt. Item, ut ostendat Beatissimam in aeternum, & gaudent de amore tanto, qui per cicatrices eluet. Quomodo tu eas apicies? an cum confusione? an cum gaudio?

FERIA IV.

Apparet sanctissimæ Matris.

Quid diligis me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum. & manifestabitur mihi ipsum. Joan. 14. Manifestasse te Christianum Matri, non tradunt Evangelistæ, a certum creditur; quia eam praæ ceteris diligit, & praæ ceteris ab ea diligebatur. Amans, ut ad centrum, properat ad amatum. Nondum sentis tibi per sancta lumina manifestari JESUM? forte non satis amas. Amantibus se manifestat Jesus.

2. Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tuae latificaverunt animam meam. Psal. 93. Cogita, quæ fuit Virginis viro filio con-

170 HEBDOMADA RESUR.

consolatio, ut eam aleguaris, magnitudinem doloris in passione habiti expende. Ad mensuram doloris datus consolatio. Quantam tu sperare possis, ex mortificationis, & tolerata afflictionis magnitudine collige.

3 *Anima mea liquefacta est, ut dilectus Iesus est.* Cant. 5. Cogita, quod fuerit expectantis Virginis desiderium; qui jam Christum aspiciens affectus, demissionis, devotionis, adoracionis, gratulationis de exaltato tanto opere; gaudii de triumpho resurrectionis, amoris, &c. qui omnes ex serventi in JESUM desiderio nascuntur. Non experiri hos in te? Exulta fervens videndi, & cognoscendi Dei desiderium, sequentur reliqui.

FERIA V.

Sanctæ mulieres tendunt ad sepulchrum Domini.

1 *Una autem Sabbati vallis diligenter veniebant ad monumentum, portantes, que paraverant, aromata.* Luc. 24. Cogita harum studia. 1. Eminent aromata. Jam non habebant amplius, quod posset vanitati servire. 2. Conficiunt unguentum, et si scirent iam à Iosepho, & Nicodemo unctum, speculantae non quid ab aliis factum sit, sed quid a se fieri deceat. 3. Valde manè exeunt, non circa incommodum tenebrarum, & forte insomni noctem transegeret ob dolorem. 4. Venient ad monumentum sine metu custodum. Amor enim eas urgebat. Verè amas JESUM, si hæc ei obsequia præfas.

5 *Et dicabant ad invicem: Quis resulteret n-*

HEBDOMADA RESUR. 171

Hi lapidem? Marc. 16. Expendi difficultatem, quæ obviat suscepto operi: agnoscunt vires sibi ei superandar non suppetere. Non cedunt tamen, sed pergunt. En constantiam in bono, fiduciam in Deo natam ex amore. Usurpa tu hanc saepè reflexionem: quis revolveret mihi lapidem hujus tentationis, difficultatis, impedimenti? ne imparatus returnaris. Fide Deo, ubi tu desieris, & suscepimus opus constanter urge.

3 *Et ecce terra motu fallax est magnus, & respiciens viderunt revolutum lapidem.* Matth. 28. Marc. 16. En ut Divina providentia constantiam, & fiduciam juvat! Terram revolvitur lapis, fugantur custodes, qui opus meditatum impeditre potuissent. Ita serio Deus ad se tendentibus adest: tollit impedimenta extera aliorum hominum, aut circumstantiarum, interna malorum habituum, & consuetudinum, fugat Dæmones inimicos. Expede, quoties id est expertus; & perievera in bono, confide in Deo.

FERIA VI.

Sanctæ mulieres de resurrectione Christi ab Angelo informantur. ®

1 *R*espöndent autem Angelus dixit mulieribus. Nolite timere vos, scio enim quod JESUM, qui crucifixus est, queritis. Matth. 28. En alterum timentibus, sollicitè tamen Deum querentibus solarium! sed cur non timeant terræmotum, Angelum alpestris fulguris? Quia Iesum querunt crucifixum.

172 HEBDOM. RESURR.

xum . His sua Deus mittit solita . At carabis illis , dum ceplum , dum cresturas , dum aliud præter Iesum , & hunc Crucifixum , quæres .

² Non est hic ; surrexit enim fuit dixit . Ibid . Querunt IESUM in tumulo . Dolere poterant , quod hic non esset ; sed si suum IESUM bonum amabant , gaudente debebant , quod gloriolus surrexit . Ubi tu JESUM queris ? in tuis commoditatibus ; in creaturis ; in sensuum obiectamentis ; Quoties respondent tibi Divina lumina : Non es hic ; quoties frustra , & damno tuo quæsivisti ; & nondum desisti .

³ Venite . videte locum , ubi positus erat Dominus . Et ingressa non inventaverunt corpus Domini IESU . Ibid . & Loc . 24 . Amor erat , quo IESUM quærebat , sed adhuc sensibilis , ut eum viderent , tangerent , ungereant . Idcirco non inventaverunt . Puto quærendus amor est . Examina intentiones tuas , an puræ sint , an soli Iesu intentæ , an nihil amoris proprii admixtum ; mixta non inveneris cum , qui solum pura intentione invenerit .

SABBATO.

Reprehenduntur mulieres , & mittuntur nuncias ad Apostolos .

¹ Cum rimerent autem , & docti resculptum in terram , dixerunt : Quid quæritis : viventem cum morovis ? Loc . 24 . Reprehendunt merentur , quia Angelis claram monstrantibus non credunt . Hæc imitantur , qui in rebus etiam sanctis non sequuntur dædum Patris

HEBDOM. RESURR. 173

Patris spiritualis , & suo sensu inharent . Querunt Iesum , cui se dedant : sed inter mortuos cum iudicio , & amore proprio . Ibi est Iesus , ubi nihil tui est .

² Non est hic , sed surrexit . Ibid . Infallibile resurrectionis signum exhibent ; quia non est hic . Non argumento probatur nostra spiritualis resurrectione : si à verace Angelo , non à blandiente sensu dici possit , non est in hac imperfectione , in hoc præsto affectu , in hac passione , in priore cepiditate spiritus . Gaudes si sic sit : si non est , cura , ut sit .

³ Cito eantes dicitur Discipulis ejus , quia surrexis . Matt . 28 . Nomine Christi hoc mandant Angeli misericordibus . At non merebantur tam tæta nuncia Apostoli , qui eum tam fidei celebrerant . Spectavit Christus , quid insus amor postulet , non quid eorum meritis . Amat etiam immortales . Hoc me indiguum amorem mei Domini solatur . Non intres in iudicium cum seruo tuo , Domine , sed fac secundum misericordiam tuam .

DOMINICA IN ALBIS.

Mulieres referant Apostolis nuncium resurrectionis .

¹ Dicitur Discipulis ejus , & Petrus , quia surrexit , Marc . 16 . Expressi nominatum Petrum , tenuioris affectus est argumentum . Erat ceterorum caput : hoc honorat Christus . Amaverat plus cæteris Iesum , inde plus ceteris dolebat : affectum misericordia repedit . Non cessabat suum peccatum deflere , erigit modicum amoris demonstratione . Agnolice bonitatem , anima haec eam spem

172 HEBDOM. RESURR.

xum . His sua Deus mittit solita . At carabis illis , dum ceplum , dum cresturas , dum aliud præter Iesum , & hunc Crucifixum , quæres .

² Non est hic ; surrexit enim fuit dixit . Ibid . Querunt IESUM in tumulo . Dolere poterant , quod hic non esset ; sed si suum IESUM bonum amabant , gaudente debebant , quod gloriolus surrexit . Ubi tu JESUM queris ? in tuis commoditatibus ; in creaturis ; in sensuum obiectamentis ; Quoties respondent tibi Divina lumina : Non es hic ; quoties frustra , & damno tuo quæsivisti ; & nondum desisti .

³ Venite . videte locum , ubi positus erat Dominus . Et ingressa non inventaverunt corpus Domini IESU . Ibid . & Loc . 24 . Amor erat , quo IESUM quærebat , sed adhuc sensibilis , ut eum viderent , tangerent , ungereant . Idcirco non inventaverunt . Puto quærendus amor est . Examina intentiones tuas , an puræ sint , an soli Iesu intentæ , an nihil amoris proprii admixtum ; mixta non inveneris cum , qui solum pura intentione invenerit .

SABBATO.

Reprehenduntur mulieres , & mittuntur nuncias ad Apostolos .

¹ Cum rimerent autem , & docti resculptum in terram , dixerunt : Quid quæritis : viventem cum morovis ? Loc . 24 . Reprehendunt merentur , quia Angelis claram monstrantibus non credunt . Hæc imitantur , qui in rebus etiam sanctis non sequuntur dædum Patris

HEBDOM. RESURR. 173

Patris spiritualis , & suo sensu inharent . Querunt Iesum , cui se dedant : sed inter mortuos cum iudicio , & amore proprio . Ibi est Iesus , ubi nihil tui est .

² Non est hic , sed surrexit . Ibid . Infallibile resurrectionis signum exhibent ; quia non est hic . Non argumento probatur nostra spiritualis resurrectione : si à verace Angelo , non à blandiente sensu dici possit , non est in hac imperfectione , in hoc præsto affectu , in hac passione , in priore cepiditate spiritus . Gaudes si sic sit : si non est , cura , ut sit .

³ Cito eantes dicitur Discipulis ejus , quia surrexis . Matt . 28 . Nomine Christi hoc mandant Angeli misericordibus . At non mercentur tam leta nuncia Apostoli , qui eum tam fidei celebrerant . Spectavit Christus , quid latus amor postuleret , non quid eorum meritis . Amat etiam immortales . Hoc me indiguum amorem mei Domini solatur . Non intres in iudicium cum seruo tuo , Domine , sed fac secundum misericordiam tuam .

DOMINICA IN ALBIS.

Mulieres referant Apostolis nuncium resurrectionis .

¹ Dicitur Discipulis ejus , & Petrus , quia surrexit , Marc . 16 . Expressi nominatum Petrum , tenuioris affectus est argumentum . Erat ceterorum caput : hoc honorat Christus . Amaverat plus cæteris Iesum , inde plus ceteris dolebat : affectum misericordia rependit . Non cessabat suum peccatum deflere , erigit modicum amoris demonstratione . Agnoscit bonitatem , anima haec eam spem

174 HEBDOM. I. POST PASC.

spem tuam repose. Non dimittet te, etiam cùm ex fragilitate peccaveris.

2 Et vix sunt ante illas deliramentum verba ista, & non crediderunt illis. Lue. 24. Quæ nunciant mulieres, sunt ea ipsa, quæ Christus Apostolis predixerat: concordant omnino Magistri verbis, nec tamen credunt. Imitaris Apostolorum incredulitatem, qui inspirationes Divinas ut vanas reicis. Superiorum monita, scrupulos, conscientie remorsum delicia arbitris. Attendillis: quia per illa Deus ducit. Aberras, si non sequeris.

3 Maria Magdalena venit ad Simonem Petrum, & ad alium Discipulum, quem amabat JESUS, & dicit illis, Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus, ubi posuerunt eum. Joan. 20. Non dixerat Angelus talerunt: sed surrexerat. Impetus forte amoris, aut doloris fecit, ut non accurate attenderet. Etiam bonis affectibus, non fucus ac ventis, ponendum est pondus. Cùm rationem turbent, in errorem trahant.

FERIA II.

Petrus, & Joannes currunt ad sepulchrum.

1 Exiit ergo Petrus, & ille alias Discipulus, & venerunt ad monumentum. Joan. 20. Nuntii à mulieribus accepti veritatem experiri volunt. Non retinensur alio tum non creditum exemplo. Attendent non quid agant alii, sed quid prudenter agendum sit. Capte hujus regulæ necessitatem, & sequere.

2 Curribant autem duo simul. Ibid. Amot eos incitatbat ad cursum, hic nescit tarda molimi-

HEBD. I. POST PASC. 175.

limina. Parum distant, lente velle obsequia Dei, & diu nolle. Qui amat Divina, volat ad illa. Curritne tu, auferpis? Vis progedi? ama; tantum procedes, quantum amabis.

3 Ille alius praecucurrit citius Petro, & venit prius ad monumentum; non tam in secoivit. S. Hieron. in cap. 56. Isaia. Joannes elatus Virginitatis alius praecucurrit. Quia plurimum haec virtus recedit à carne, plurimum accedit ad Deum. **4** Joannes non intrat prior. Honorat in Petro dignitatem capitis, nec considerat in eo, quod Christum negaverat, ipse autem ad Crucem confiterit. Dicere, quid debetas Superiori, licet imperf ectio. Idem præstabis proximo, si in eo Christum agnolcas.

FERIA III.

Christus appetet Petro.

1 **A** illi Petrus secum mirans, quod saeculum fuerat. Luce 24. Viderat Petrus sepulchrum vacuum. Discedit à Joanne; solus secum meditatur, quæ vidit optima disposi tio ad videndum Deum, Divinasque cognoscendas, recederetiam corporis, multò magis affectu à creaturis. Solitudinem animæ amat Deus. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad eam ejus.* Olce 2.

2 **S**urrexit Dominus oīd, & apparuit Simoni. Ibid. Apparet Dominus non Joanni, qui confitas ad Crucem permanxit; sed Petro, qui & fugerat, & negaverat. Ita animat Deus peccatores penitentes, ut non deliciantur. Offendit, quantum affluit lachrymas penitentis. Qui hic affectus Petri, quæ con-

176 HEBD. I. POST PASC.
etiusmodi ob leuis admisum ; quis dolor ,
que lacrymæ ? Excita in te cordem ad pe-
des Jesu .

3 *Vitis est Cepha 1. Cor 15.* Christus non
exprobat Petro scelus admisum , sed blan-
dissime solatur . Dixit , quia benignitate pec-
catorum contritum excipias : quia charitate
obliviscaris injuriarum à proximo acceptarum .
Quod feceris proximo , expedit à Deo . Si
non dimiseras hominibus , nec Pater vester dia-
metteret vestre . Matth.6.

FERIA IV.

Magdalena ad monumentum .

* **M**aria autem stebat ad monumentum fe-
tis plorans . Domergo feret , inclina-
vit se , & propepsit in monumentum . Joan. 20.
Considera amoris signa , stat ad monumen-
tum : sicut : sapientis inspicit videndi Jesu de-
siderio . Repeti de illa potest : *Dilexerit incul-
sum . Expende curam , qua tu Deum que-
ris . Stas ne in propositis ? doles ne amissum ?*
consideras ne ubi , quomodo reperias ?

2. Et vidit duos Angelos in alii sedentes ,
Ibid. S.Cyril. Alex. lib. 12. in Joan. c.46. Con-
crica monumentum perseruat plorans , vult
Angelorum ad cognoscendum Christum iugatur .
Ut Angelos , tenet spirituallia lumina allequa-
ris , non obiter exigenda est meditationis ho-
ra : sed perseverandum , & attentione , &
affectione ; etiam sua deploranda est cœctitas .

3. *Dicitur ei illi :* Multor , quid ploras ? Die
cit ei : quia tulerunt Dominum meum ; &
neficio , ubi posuerunt eum . Ibi . Cauta fletus
& amissus Jesus . Optima , & una lacrymis
di-

HEBD. I. POST PASC. 177
digna . Sed si fieri illa , quid tulerant invite ,
& ignoranti , quid to agere decet , cui scienti ,
& volenti tute passiones , & malis affectus to-
tius JESUM tulerint ?

FERIA V.

Christus apparet Magdalene
ignotus .

1. **C**onversa est retrosum , & vidit Jesum
stantem & non seiebat , quia Jesus est .
Joan. 20. Dum queritur Jesus , adstat à tergo
Magdalene . Vide , quam non procūl est ab
ili , qui eum querunt in toto corde . Sed diffi-
cillimat quandoque praesentiam suam ut non ap-
prehendamus hic Jesum esse , sed nos desertos
cogitemus . At respiciamus post tergum , vide
ad exitum nolitarum afflictionum , videbimus
ibi Deum .

2. *Dicit ei Jesus :* Mulier , quid ploras ? quem
queris ? Ibid. Drogo Hoist de Sacram. Passio .
Occultus se , ut ardentes requiratur , & requiri-
tur cum gaudio inveniatur & inventus cum so-
licitudine tenetur . 2. Interrogat non ignorans ,
sed quia delectatur , non quandoque attigit suis
ipius desiderio . Si videaris tibi à Deo deter-
tus , ardentes Deum require ; iste est inve-
niendi modus .

3. *Dicit ei (Maria) Domine , si tu fuisti illi*
zum , dicens mihi , ubi posuisti eum , & ego eum
collam . Ibid. Vide amoris vim , qui folium
*Christi intentus , quid loquatur , vix adver-
tit . Dominum vocat hominem vili hortulanî*
veste indutum : addit , si fuisti illi eum , quem
non exprimit , quasi obvius quisque ejus
affectus intelligat . Novit , quis fuerit

178 HEBDOM. I. POST PASC.

Judeorum furor, & sit se eum oblatuus, ubi tibi sit, sine omni periculorum metu. Ita amor animosam reddidit, ac resolutam. Quantum tu ab his resolutionibus distes? quia plurimum distis ab amore.

FERIA VI.

Christus manifestat se Magdalena, & mittit eam ad Discipulos.

Dicit si Jesus: Maria. Conversa illa dicit ei: Rabben. Jo. 20. Uno Christi verbo, Maria; altero Marie, Rabben, magni affectus clauduntur; in Christi benignitas, suavitatis, affabilitatis, familiaritatis; in Maria vero reverentiae, humilitatis, adorantis, amoris, gaudii. Ille ex uno verbo noscitur; illa uno verbo secum nosse significat. Ita Deus paucis verbis multa homini; ita homo paucis verbis multa Deo loquitur. Plura deo cogita, quam loqueris.

Dicit ei Jesus: Noli me tangere. Ibid. Expende causam, cur eam tactu prohibeas, ut iuiste nimium fervorem, quo illa so ad pedes IESU projecterat, non nihil temperaret. Amorem enim penè reverentiam exuerat. Amari vult Deus; sed & reverenter coli. Ut Deo ergo familiaris es, debes per intimam cum eo communicationem, ita debes esse & reverens, tam externocorporeis situ, quam interna animi compositione.

Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum. Ad pedes Christi tuos exercere affectus Maria desiderabat? Christus vero quantociùs tuos

con-

HEBD. I. POST PASC. 179

consolari. Ide accessu eam prohibet, & ad Discipulos alegat, quos ad exprimendum amorem fratres vocat. Vide, quam Deo placet, ut tua spirituali consolatione afflictas, ut alium mensum consoleris. Corate eis significari a sensu suum, ad Patrem vestrum: ut incipiatur de Christi recessu cogitare, se ad illum tolerandum disponere, & confidere in Deum, quem sciant affectu Patrem esse.

SABBATO.

Apparet aliis mulieribus.

Ecce JESUS accurrunt illis, dicens: Ave. Afflita fuerat illas Magdalena: significaverat se vidisse Dominum: dolebant se ad sepulchrum non expeditae, desiderabant & ipsa videre Dominum. Ita disposita primus salutat: Ave: Ita benignus est Deus tuus, quileum desiderant, & obsequia desierunt. Non diu differat te consolari, si ferimus ejus desiderium concipias. Omnis perfectionis initium est desiderium.

Illae autem accesserunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum. Ibid. Extende gaudium, reverentiam, & dulcissimos affectus ad Christi pedes. Arcuerat paulò ante Magdalena à pedibus suis, jam eam cum reliquis ad eorum osculum admisit. Non omnino simul silentium praebet: differt quandoque exhibet autem perleverantibus: sed hora, qua si bi placet. Tuum est insistere bono, de tempore consolationis eum Deo remitte. Non aberit à se desiderantibus.

Tunc ait illis JESUS: Nolite timere: ne, misericordie fratribus meis, ut sunt in Galilee.

K 2 10-

180 HEBD. II. POST PASCH.

laem, ibi me videbunt. Ibid. Expende verborum suavitatem tum ad mulieres, tum de Apostolis sui super defortoribus. Sed suaviterem crede fuisse animum; neque enim aversionem ab illis, quamecum graviter offendit, concepit. Etiam qui te offendit, fratrem cogita, suavi alloquio, & affectu dignare, Gal. 4am illis designat, ubi videatur, locum scilicet quietem, & a tumultibus subnotatum. Ut giles Deum, recede a spiritu mundi, vanitatum passionum tuarum.

DOMINICA II.

POST PASCHA.

Jungit se Christus duobus Discipulis eundibus in Emmaus.

Ecce duo ex illis ibant in castellum, nomine Emmaus. *Luc. 24.* Triplites de Christi morte, cubitantes de resurrectione, solitarii querunt à villa. Convertuntur ad sensualia, qui expectare debebant Divina. Promissus tertius dies aderat, accelerat mulierum, Petri, ac Joannis testimonium illatenim adhuc dubitabant. Quām parum sufficiemus Dominum, qui nos tot annis sustinet! quām facile ad sensualia convertemur! Immodicam tristitiam cave; si allqua te tangat, noli à creaturis remedium querere. Expecta Dominum, & intendet tibi.

2 *Et ipsi loquebantur ad invicem de iis enibus, quae acciderant.* Et factum est, dum fabularentur, & secum quererent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Ibid. Errabant

HEBD. II. POST PASCH. 181

bant oves, adest Pistoris charitas, ne perdantur. Dissemulat habitum, ut prius eos ad Divinum solitum recipiendum disponat. Vult enim ad suas gratias nos preparari. Dum fabulantur de Passione, se illis miscet. Tantum Domino placet, suam à nobis mortem commemorari. Affluece non inania, sed Divina loqui, ut Iesum habeas itineris tui socium.

3 *Oculi autem illorum reserbaruntur, ne cum agnoscerent.* Ibid. Hoc exhibetur foris, quod agebatur in mente. Nec cum fiduci oculo agnoscebant, nec corporis. Quia causa tenetur oculi. Credibile est, nimia tristitia, quæ animum plerunque confundit. Adest Deus iis, qui afflicti sunt corde: & tandem dum tangimur, abefio credimus. Tunc fide firmandus est animus. Sapiens est Deus, seit; omnipotens, potest; bonus, vult adesse. Expecta ergo, viriliter age, & confortetur cor tuum.

FERIA II.

Qui sunt eorum sermones, exquirit Christus.

Ait Jesus ad illos: Qui sunt hi sermones, quos conferris ad invicem? & quid triplites? Et respondens unus dixit ei: Tu salve peregrinus es in Jerusalem, & non cognovisti, que facta sunt in illa? *Luc. 24.* Querit, quod scriebat, ut aleus suum detegirent, ac pharmaceum suscepissent. ait Theophilus: En benignitatem Christi! 2. Quia gaudet rememorari suam passionem, præbet narrandi occasionem. Narra ergo tu Deo per gratiarum actionem, quanta pro te passus sit. Qui sunt tui sermones? de iis rebus, quæ sunt in cor-

K 3 de.

182 HEBD. II. POST PASC.

de. Expende quae sunt, an Divina, an humana? Denique ulcera animi non cela, ut medicinam capias.

2 *Quibus ille dixit: Quia?* Et dixerunt de JESUN Nazarenus, &c. Ibid. Quærerit tanquam ignorans, aut quasi jam oblitus: injuriarum suarum tam immanium. An ta sic minutum oblivisceris? 2. Quærerit, *Quia*, tanquam tota illa passio res esset adeo minuta, ut ei memoria cederidet. Amor tam ingens tui parva illi representat ea, que pro te fecit. Parvus ergo est meus in JESUM amor, qui me pro eo ecclie multa exigit. Conabor praefare plura, sed ero tamen servus inutilis.

3 *Nos autem sperabamus, quia ipse esset redemptor Israe*. Ibid. Aperiunt uelut modicæ fidem. Non credebant enim illam ipsam Christi mortem esse redempcionis medium. Si consilia Dei in humanis eventibus assequi non potes, acquiesce illis: Optimum est, quidquid decernit ipse: per medium à nobis judicata contraria fini, ad finem pervenit.

FERIA III.

Christus reprehendit duos Discipulos incredulos.

1 *E*t ipse dixit ad eos: O stulti, & tardii corde ad credendum! Ibid. Acerba reprehensio, sed nulla indignatio. Stulti vocat, non pro convictio, sed pro officio charitatis. Si corripis, sic age; si corriperis, sic suscipe. Et tu tardus es corde ad credendum prædictæ, quæ passus est Christus. Nam si credis mente, at non opere, & imitatione.

2 *Nen-*

HERDOM. II. POST PASC. 183

2 *Nonni bæ oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* Ibid. Causa reprehensionis allegatur, quod hanc veritatem non satis credant. Tu eam crede. Oportuit ob necessitatem satisfactionis, ob utilitatem redemptio-nis, ob vim iusti in nos amoris, ob exemplum imitationis. Christum pati oportuit; & tu te à mortificatione eximas: Et quidem ut in suam illæ gloriam intraret, & tu sine cruce intrabis in alienam?

3 *Et incipiens à Mose, & omnibus Prophætis, interpretabatur eis in omnibus scripturis, quia de ipso erant.* Ibid. Vide modos, quibus se iis insinnavit. 1. Blande alloquendo. 2. Corripiendo 3. Instruendo. His & tu utere, si cum iis agis, qui duro sunt corde. Ausculta tantum Doctorem interpretantem. Confer id, quod docet declarando, cum eo, quod fecit opere; & quod ipse doccs, opere confirma.

FERIA IV.

Longius ire se singens Christus,
invitatur à Discipulis.

1 *F*at approinxauerunt castello, quibzant, & ipse se fixis longiis iro. *Lac. 24.* Descreverat apud illos manere: singit se abire: non quia hoc volebat, ait Bern. ser. 74. in Cant. sed quia volebat audire: *Mari nobiscum, Domin.* Vult Deus tibi gratias conferre; sed vult defideris rogari. Non queraris gratiarum inopiam, si aut nulla sunt tua, aut lenta desideria. 2. Fingit Deus se à te recedere; sed non abit. *Cum ipse sum in tribulacione.* *Pi. 90.*

K 4 2 Et

2. *Et exegrenunt illum*, dicens: *Magnificum, Domine, quoniam ad vesperas est.* Ibid. Invitant ignotum, tu nec notum serio rogas: immo forte plures ansus prebes ad recessendum. Cogunt illi sanctis desideriis, quae vim quasi quandam in ipsum Deum habent. Rationem addunt, quia ad vesperas. Immob die fecerat apud illos, quia interpretatio scripture jam eos illuminabat. Sed apud te ad vesperas fit, quia hunc ipsum diem cum nocte dividit. Coge ergo Dominum, vim tibi intercedo, ut apud te maneat hodie, tanquam ultimus esset vita dies.

3. *Et intravit cum illis*, Ibid. Quae felicitas habere hospitem Dominum! Quām putastu, cum honorifice excepisti, & quidem adhuc ignotum. Si non rerum copia, saltem affectus? Credere licet, eum prima fide locutum, eidem felicitate ministratum. Quis primum apud te locutum tenet in estimatione, in amore? tu ipse? an Deus? Inspice opera, & tentaciones.

FERIA V.

Agnoscitur Christus in fractione panis.

Accepit panem, & porrigebat illis. Et aperiebant osculorum, & cognoverunt eum. Lue. 24. Credunt SS. Aug. fer. 140. de temp. Chrysost. fer. 17. Imperf. Christum panem isthie consecrasse, & porrexisse, & ex eo agnitus esse. Hic est SS. Eucharistie effectus, mentes illuminare ad percipienda Divina. At cum hanc toties fumas, unde tan hebes ad Divina, tam vivax es ad sensualia? Causa effectus ponere, nisi impediens. Tolle ergo impedimenta.

2. *Et ipse evanuit ex eulis eorum.* Ibid. Cur

non expectabat ab illis ea, qua cognitionem sequi solent, adorationem gratiarum actionem, obsequia? &c. Monstrat se & mox se eripit. Dicce etiam. Divina solita in hac vita non esse diurna; immo à Deo eripi, ut te patientia, humilitate, longanimitate exerceat. Sed nec expedit ea esse diurna.

3. *Et dixerunt ad invicem, Nonne eorū ardēns erat in nobis, dum loqueretur in via.* Ibid. Christi sermones, ait Orig. ascendebant corda ad amorem Divinum. Legis pios libros, meditariis documenta Christi, auditis adhortationes: Deus tibi loquitur: accederis, nisi resistas. Sed quando dicunt se exarissi? Non in fractione panis, dum cum agnoverent; sed in via, dum adhuc lateret. Etiā defolationes (cum Deus a te absconditur) ad hoc tibi serviant, ut inflammeris desideriis, amore, affectibus adhucendo Deo, &c.

FERIA VI.

Apparet Discipulis congregatis.

Cum sordē esset, & fores essent clausae, ubi erant Discipuli congregati, venit Iesus. Luc. 24. Ubi non est dispositio, tarda Deus Nōndum credebat, varia ad eos resurrectionis nūc miserat, ut disponeret, per quæ, & desiderium accenderet. Ideo sero venit, quia sero se dispoluerunt. Ut visiteris à Deo, pone congruam dispositionem. 2. *Cum fores essent clausae.* Deus non intrat in cor, si portas sensuum non sunt obferre. Dispositus est spiritus, ubi sensus non sunt custoditi, ubi creaturarum affectus ultra citroque meantur. Inspice portas tui cordis.

186 HEBD. II. POST PASC.

2 *Venit JESUS, & sicut in medio:* Ibid.
Ut *quæ omnibus esset conspicuus*, ut Dux,
Magister, Pastor, Protector suorum. Ubi
duo, vel tres congregantur in nomine ejus,
adest ipse. Congrega ergo potentias animæ
tua in oratione, clude portas sensuum,
mox tibi aderit, Dux ad animosa proposita,
Magister ad solidas veritates; Pastor ad so-
latia, Protector contra tuos hostes. Quia
verò medium amat, etiam tu eum in medio
cordis reponere, ut nihil præ illo æstimes, ames,
timeas.

3 *Et dixit eis: Pax vobis. Ego sum, nolite
timere.* Joan. 20. LUC. 24. Omnia singularia
solatii vera. *Pax vobis,* quam olim spo-
pondit, quam passione sua comparavit. *Pacis*
Deus est. *Pax ergo tibi sit cum Deo,* perturbat
cum illius voluntate conformatiōnem: cum
proximo per charitatem patientem, beni-
gnam, non inflamat, &c. tecum per asso-
luta pravorum mortificationem. *Ego sum,*
addit Chrysol. let. 21. qui eos per gratiam va-
cari, elegi per veniam, pietate suffici, por-
tavi charitatem, & modò vos sola benignitate
suscipio. *Dic etiam animæ meæ: Ego sum;* &
si confusor, adorans adorans mea prælia, non timebit
cor meum. Psal. 26.

S A B B A T O.

Conturbatis, & conterritis cicatrices
vulnerum exhibet.

* *C*onturbati vero, & conterriti exifimam-
bant se spiritum videre. LUC. 24. Dis-
cipuli rudes adhuc, & imperfetti, non credunt,
sit Beda, tercia die potuisse resurgere. Pu-
tante

HEBDOM. II. POST. PASC. 187

tant ergo, se videre spiritum, seu phantasmas,
iuncti iam audierint: *Ego sum.* Quoties nos
sancta dictamina, & veritates praticas aut
sanctas, aut nobis mentimur esse illusiones;
quia timemus scilicet agendi difficultatem; &
magis nobis illudimus. Nunquam tu ita timui-
sti: an posthac timebis?

4 *Et dixit eis: Quod turbari estis, & cogi-
tationes ascendunt in corda vestra.* Ibid. Chri-
stus in repentinis eos timere, ac turbari non
probat. Ideo amicè corrigit. Repentina
probant animum constantem, Deoque nixum.
Ut nihil tibi repentinum eveniat, quo fler-
naris, assuecte prævidete omnia, ac te præ-
munire. Id si fecilles, quanta difficultates
gloriosè superalles, quibus turpiter succu-
boatis? id ut obtineas, expugnandus omnino est
amor proprius.

5 *Videz manus meas, & pedes meos, quia
ego ipse sum.* Ibid. Ad peñandum timorem, ad
firmandam fidem, hoc fecit. O benignitas Christi!
Venerare sanctum latens manus, ac pedes,
transfostra. Inhersu huic spectaculo, quādū
potes. Si vero te terreat difficultas aliqua, aut
minus grave suscipiendo; inspice illa vulne-
ra, nuper acerba, nunc illustra, & spera tua
quoque vulnera, & adversitates tibi cœlluras
in gloriam.

DOMINICA III.
POST PASCHA.

Christus manducat cum Discipulis

* *A*duce illis non creditibus, & mirantur
bus pra gaudio, dixit: *Habentis hunc*
K 6 alle

188 HEBD. III. POST PASC.

1. *Siquid, quod manducetur?* Lue. 24. Vide, quod modis se JESUS suis infundit, ut spes esse credatur. Mittit, per quos nuncietur, ipse se videndum, audiendum, tangendum præbet. Hic etiam licet in gloriofo corpore ad manducandum petit, ut incredulos reducat. Animatum salutis non uno remedio peragitur: tentanda sunt plura, etiam ut tuam emedes. Non langueret, frusca non proficias. Zelus tue, & scientia salutis id efficiet, & plura suggeret.

2. *At illi dilexerunt ei partem pīlos affi, & sanguinis mellis.* Ibid. Tenuitati Discipulorum aliud non suppetebat. Optimum, quod habebant, porrexerunt. Fæc JESUM à te petere, quod manducet: quid portiges? da optimum, quod habes; te ipsum; sed afluxum tum interna, tum externa mortificatione. Aliter placere Deo, non potes. Sed ad me promittæ, ad ejus obsequia, voluntatis, puræque intentionis: quo condimento sicareant opera, dissipuant Deo.

3. *Gavisi sunt Disciplini vīo Domino.* Joan. 26. Viderant utique flatim ingredientem, ac primum post longiorem conversationem gaudent. Fortè, quod non exprobret turpem suam. Unde ex hanc benignitatem subi ipsi omnium olim promissorum bonorum. Quam hic Discipulus, tibi sapientius fugitivo exhibuit benignitatem. Gaudere potes, & à tam benigno Deo plena bona sperare.

FERIA II.

Aperit illis sensum Scripturarum.

Hec sunt verba, que locutus sum vobis: quoniam necesse est impleri omnia.

HEBD. III. POST PASC. 189

nisi, quæ scripta sunt. Luc. 24. Agit sive passionis, & mortis memoriam; ostendendo hæc non causa acta, sed ex Dei decreto. Quæ autem decrevit Deus, necesse est impleri omnia. Dicere, si quid pateris, ex Dei decreto venire. Non ergo te appone, quia necesse est impleri. Utinam id semper egilis!

2. *Tunc aperit illis sensum, ut intelligerent scripturas:* Ibid. Non tantum ut ipsi intellegenter, sed ut euudem etiam nobis sensum tanquam Magistri tradenter. Sed quid est, quod tam hunc Magistro sensum scripturarum, & doctrinæ Christi nondum capimus; Amor proprius, & affectus inordinati excitant nos. Ipsi ergo tendunt sensum. Nonne hi te haec tenus obfuscarunt?

3. *Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportet hat Christum pati.* Ibid. Expende illud sicut ex amore erga homines, ex obedientia erga Patrem, ex necessitate satisfactionis: Patri oportebat, quia decretum fuit, quia elegi, & suscepisti. Quid tu ad illa? Vis pro tuis peccatis satisfacere? oportet pati. Amas salutem hominum? oportet pati. Vis obedire Patri? oportet pati.

FERIA III.

Dat illis Spiritum sanctum, & potestatem absolvendi.

Dicit ergo sis iterum: Pax vobis. Sicut misericordia Pater, & ergo misericordia. Jo. 20. Creat Apostolos, & Legatos suos. Mittit eos eodem fine, quo à Patre missus est, ad salutem hominum: Vult eos illam operari eodem amore, quo ipse egit, usque ad illam.

190 HEBDOM. III. POST PASC.

effusione sanguinis. Quantum est cooperari filio Dei in salutem animalium! Haec vocatio tantum à te zelum exigit, quantum Christus habuit, quām procul abea? Exigit, ut hoc zelo complura patiat. Meretur id Deus, meretur unus animæ pretium.

2 Haec cum dixisset, insulflavit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum. Ibid. Insulflavit: ut sciremus, quemadmodum unus Dei afflatus Adam dedit vitam, vigoremque naturalem, ita per Spiritum Sanctum dari vitam, vigoremque supernaturalem. An tu hanc vitam habes? Certe dare toties ille voluit, quoties meati sancta inspiravit. Quis evades, si hos afflatus accipias?

3 Quorum remissio est peccata, remittuntur eis. Ibid. Agnotio Christi in nos amorem. Offenditur a nobis Deus, & dat hominibus potestatem reconciliandi. Quām facilem nobis veniam reddit? Poterat post tuam passionem passi fragantes delcere; fugerit secundam tabulam. Adhuc hoc beneficium Ecclesie factum: & si te peccatis obstrictum vides, magna spe veniae hoc remedio utere.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE FERIA V. LEÓN

Thomæ Apostoli incredulitas.

¶ Thomas unus ex duodecim, non erat cum eis, quando venit JESUS. Io. 20. Audierat Discipulos, qui ex Emanuelli rediles narrabat se vidisse Christum, & quia non credebat, recessit. Caruit igitur hoc solatio prætentia Christi. Duo autem commisi, iudicium suum illorum afferentium iudicio ante-

HEBD. III. POST PASC. 191
teposuit, & à communitate recessit. Cave tu utrumque. Prima ad errorem via est iudicium proprium. Adess Christus charitatis conjunctis: subtrahit se his, qui cum charitatis laetione sunt singulares. Expende, qui te in his habeas.

2 Dixerunt ergo si alii Discipuli. Vidi mus Dominum. Ibid. Sed Thomas prius dubius, nunc omnibus, forte & Beatissime Virgini afferentibus non credit, sibi tenax judicii. Sic de malo, quod semel coepimus, in pejus ruimus. Cave ergo maiorum principia, & eorum radices tolle. O si pridem hoc fecissemus!

3 Illo autem dixit eis: Nisi videris in manibus ejus fixaram clavem, & manum meam in latere ejus, non credam. Ibid. Ita protestatur, ut sicum suslineat iudicium. Et quanta horum mala? Incredulitas pertinax, Superbia suum omnium iudicio præferens, præsumptio modum suæ conversionis Deo præscribentis. Apostolus hoc recidit: quantus. quantus sis, time, & cum humilitatem iudicium submette, cui debes.

Christus apparuit Discipulis præsente
Thoma.

¶ Post dies octo iterum erant Discipuli ejus intus, & Thomas cum eis: Venit Jesus Januus clausus. Joan. 20. Dies octo in sua incredulitate duravit Thomas; perfidissime diuinus, si Christus non occurrit. Ita labi, & in malo perseverare possumus, nec resurgere.

gero , nisi per Dei misericordiam . Quoties es expertus ? Ama hanc bonitatem . 2. Unum quererat , ad omnes venit : ut qui cum omnibus peccaverat , coram omnibus resipisceret : qui omnes contritiflaverat , omnes exilararet . Nam iis debes exemplum bonum , quibus , & in quo malum exhibuisti .

2. *Venit Iesus januari clausus . Ibid. Agendum erat de graviccula Thomae , de eaque iste correspondens . Noluit Iesus ad hoc patere portas , sed totum clausi peragi . Bonus Pater in latibris domesticis increpat filium malum , ne ejus famam laudat . Sit ibi etiam cura fame alienae , & noli aperire januam oris tui , ut quandoque laedas .*

3. *Seritis in media , & dixit : Pax vobis . Ibid. Quasi dicat , quando sum in medio , est Pax , alias nulla . Thomas , non eras cum iis , in quorum medio tui : ideo tibi nulla pax . Disce , quod nisi Iesus sit in medio , & solus omnium tuarum actionum centrum , non habebis pacem . Noli ergo tu centrum tuarum actionum ponere .*

FERIA VI.

Verba Christi ad Thomam , & Thomam ad Christum .

¹ **D**einde dicit Thomas . Joan. 20. Cux ad unum convertitur ? Adiunt digniores , Petrus , Joannes , & ut creditur , Beatisima Virgo ; unum Thomam alloquitur , ut ejus se causa venisse ostendat : non attendit ad plurium dignitatem , sed ad unius necessitatem . Quam amans quam benignus Deus ! Tu avertiles te ab eo , à quo recente offendis .

offensus es elles . Disce , non rogatus benignus aliqui , à quo offensus accepisti . Haec nota filiorum in Dei est .

2. *Infer digitum tuum huc , & vide manus meas , &c. Ibid. Ostendit se DEUM , & praesentem suisse , cum Thomas protestaretur . Is si animo cogitasset Thomas , cautius locutus fuisset . Hoc tu praesentis Divini remedium adhibe , ut caute agas , & loquaris . 2. Condescendit Thomas in omnibus , quæ dixerat Thomas : a dedit tamen admonitionem : & nelli esse incredulius . Sic suaviter tractandus delinquens , ut tame n increpatione eruditatur .*

3. *Respondit Thomas & dixit ei : Dominus meus , & Deus meus . Ibid. Magnos affectus paucis rebus conclusit . Nec dolor , nec amor plura eu m loqui patiebantur : dolor ex delicto suo , am or ex benignitate Christi , cum meritus ipse & sicut indignationem . Dominum vocat , quem ti meat : Deum , quem amet . Agnosces tu quidem Christum esse Dominum tuum , Deum tuum , sed neccum ut Dominum , aut ut Deum habes . Si Dominus est , cur non times offendere ? Si Deus est , cur non amas super omnia .*

SABBATO.

Apparet Discipulis ad mare
Tiberiadis .

¹ **D**icit illi Simon Petrus : Vado pescari . Dicunt ei : Venimus & nos tecum . Joan. 21. Mirus charitatis confusus . Unus voluntatem indicat , omnes consentiunt . Noli tu esse charitatis dissipator , ubi actio est licita , & honesta . Mira exempli vis , praelertim à Su-

periore! subdit enim ad illius exemplum rapiuntur. Si subdit es, habes majorum exempla, que sequaris: si praes, habes, quos exemplo trahas.

2 Et ascenderunt in navem. & illa nocte nihil prenderunt. Ibid. Deo dispone te factum est, ut nihil caperent ea nocte, ut discerent se sine IESU nihil posse, quantumcumque laborent: & in nocte peccati, prava intentionis, aut praeumptionis, in anteriori laborari, & sine merito. Ut ergo fructum e laboribus ferat, ambula in luce gratiae, & uni te Deo cogitatione, affectu, fine, & oratione.

3 Mane autem facte stetit JESUS in littore: Neq; tamen cognoverunt Discipuli, quia JESUS est. Dicit ergo eis JESUS: Parci nuncquid pulmentarium habeatis? Dicunt ei: Non. Ibid. In mari versiamur, & in nocte, dum sumus in hac vita. Qui pescantur honores, delectationes, vanitates, fatebuntur omnia se nihil cepisse, sed non sine dolore. Sic ergo laborem impende, ut rotagus olim a Deo, nuncquid pulmentarium habeatis; respondere possis: per gratiam tuam hoc, illudve cepi. Interrogat autem Christus, non ut discat, sed ut ipso paulo post advertat, quam sit manus te absente, quam trucuoſus presente labor. Sine te nihil possum, Domine.

DOMINICA IV. POST PASCHA.

Christus detegit se Discipulis.

2 Eccl eis: Misite in dexteram nascigiri rete. Miserunt, & iam non valabant illud trabere per multitudinem pescium. Joan. 21.

Do-

Dominus iussit, licet nondum notus: prompta fuit Discipulorum obedientia. Hinc tam copiosa captura. Quæ ex obedientia facit. Dominus benedicet, Dominus potentia sua coligit ad dextrum latuſ pisces, ut obedituris in promptu essent. Ut capias animas, & Deo preparandæ sunt. Non artis illic fuit, sed pietatis Domini. Nil fide tibi, sed Domino. Ad dexteram jaci recte iussit, ut discas sancta, non similia intentione operari. Sic labotans non fraudaberis fructu.

2 Dixit ergo Discipulus ille, quem diligebat JESUS, Petrus: Dominus est. Ibid. Cor primus Joannes Dominum videt. S. Hier. lib. 1. cont. Jovin. JESUS stabat in litore, nec se habens Apóstoli, quim videbatur. Solus virgo virginem agnoscet. Virginitas ad Deum, Divina que cognoscenda conductit plurimum. Beatis mundis corde, quoniam ipsi Deum videbant. 2. Chrysol. sermon. 78. Primus, qui diligetur, vides; quia semper vivacius, qui diligitur, intrinsecus. Redde ergo te dignum, ut ameris a Deo, per amorem, & diligenter, & manifestabit se tibi. 3. Joannes Dominum esse Petro significat. Quæ de Deo capis, sine invidia communica.

3 Simon Petrus cum audisset, quia Dominus est, rursus succinxat se, & misit se in mare. S. Hier. in cap. 24. Luc. Non contentus vidisse, impatiens desiderii, negligens cæpiōne, immemor periculi, ubi Dominum vidit in litore, seruum effimat, si cum eis teris nativo perveniret. Ita fervor nec patitur moras, nec timet pericula. Confer tuam tepiditatem, quam lentè, aut quam potum operaris, et si multa cognoscas! Abrumpe moras, & impedimenta. Petrus non.

196 HEBD. IV. POST PASC.
non es meritis; nec tu frangaris.

FERIA II.

Christus in littore parat cibum, &
invitat Discipulos.

Unus ergo descendens in terram, vide-
runt fratres postas, & piscem su-
perficieum, & panem. Joan. 21. Dum pi-
scantur, Christus eis cibum parat. Etiam
in gloriose corpore non designavit viles mi-
nisterium. Et designaberis tu in mortali car-
ne officium humile? 2. Ignorabant Apostoli,
unde pices illi affi (nam plures erant); unde
panes, ac formatum prandium. Indicare vo-
luit Christus sibi omnia parere, ac illam ipsa-
sam tot piscium capturam suum esse benefi-
cium. Agnosce, si quid boni habes, a Deo
venire. Redde ergo illi, & ad ejus gloriam
impende.

2 Dicit ei Jesus: Afferte de piscibus, quos
prendidistis nunc. Ibid. Petrus illicet traxit
in terram 15. magnos pisces. Voluit Chri-
stus, ut ex multitudine, & magnitude
piscium, post iritum noctis laborem uno
tradicu captorum, cognolenserent, id se ejus
beneficio habere: unde ad impensis aman-
dum moverentur. Adverte ergo, quae ab
eo accipis beneficia, & illis ad amandum
moveare, eisque glorie impende.

3 Dicit ei Jesus: Venite, prendete. Ibid.
En quanta suavitatis, & affabilitas Christi in-
vitantis, & comprandentis. Ama hanc bonita-
tem. Hunc vero cibum paravit Dominus, ut
benevolè. Discipulos à labore per cibum resolu-

Ier.

HEBD. IV. POST PASC. 197
ter, ait Euthym. Piscare, & tu ledit animas
in hoc mundi mari natantes. Confide, quod
Dominus in littore patriæ invitabit te, ut
edas, & bibas super mensam suam in regno suo.
Luc. 22.

FERIA III.

Christus committit Petro suas oves.

Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petru-
sus: Simon Joannis, diligis me
plus bis? Dicit ei: Esiam, Domine, tu scis, quia
amo te. Dicit ei: Pater agnes meos. Joan. 21.
Designatur Petrus supremus Pastor. Hunc
multus labor manet; qui, nisi sit amor, non
toleratur. Hinc Aug. tr. 124. in Joan. Interro-
gatus amor, imperatur labor. Major ergo a-
pud Christum est, qui plus amat. Pro hac tu
magnitude contendit, ceteras ride. Petrus
respondit. Tu scis: jam doctus sibi non cre-
dere. Neo addic: Plus his: memor iusque praefun-
ctionis consilias. Noli te aliis praefere.
Deficit enim terror, & confundit præsum-
ptio.

2 Dicit ei iterum: Simon Joannis, diligis
me? Dicit illi, &c. Ibid. Repetit quod filio-
num ad exigendam amoris constantiam in Pa-
siōne animarum. Sine hac neque tu animam
bene gubernabis. Felix Petrus! qui respon-
dere potuit: Amo te. Infelix ego! respon-
dere deberem: amo me, amo mes commo-
da, amo creaturas; & si te quandoque amo,
quācūd deficio, & tepesto. At non ita
posthac.

3 Dicit ei tertio: Simon Joannis, amas me?
Ibid. Quare tertio queritur? Optat. Milevit.

cont.

198 HEBDOM. IV. POST PASC.

cont. Parmen. Ne Apoſtoli ſeruit contrauenient eum, qui negaverat Christum. Ita conſulit Superiorum auctoritati S. Ambr. in c. 22. Luc. Quia tertio negaverat, tertius confitebitur, Quoties peccasti, negasti, an toties confeſſus es per veros vivie fidei, & amoris actus? Allueſce ad frequentes fiduci actus, quia ſunt origo omnis boui. Contrifatus Petrus, quid tertio quereret: quia vel reddit antiqui feleſteris memoria, & dolor: vel ſublit timor ſui iipſius, etiſi ſibi nihil conſciens eſlet. Time & tu, quia per hoc probatus non es, quod noui ſi tibi conſciens.

FERIA IV.

Christus prædictit Petro martyrium.

Cum effeſſe junior cingebat te, & ambula-bas, ubi valebas: cum autem ſenue-ris, extendes manus tuas, & alios te ci-geſt, & duxerit, quod non vix. Joan. 11. Post trium amoris examen timuit Petrus, ne ſicut post proteſtationem meriendi Christum negaverat, ita post amoris proteſtationem laboreret. Christus ergo cum certum rediit, quod pro ſuo amore fit manus extenſurus in Cruce. Dum non poſſum illa certus, quod pro amore IESU me aliis cru-ciſiget, crucifixum carnem meam cum con-eupſientiis. Sed & fi ab aliis aliqua affi-gio veniat: extendam manus meas in am-plexum.

Et cum hoc diſiſſet, dicit ei: Sequereme. Converſus Petrus vidit aliud Diſcipulum. Ib. Prædictit Petro Crucem: qui ferenda fit, do-cket: Segnre me: exemplum meum fit tibi

præ

HEBDOM. IV. POST PASC. 199

præ oculis. Ex hoc nos capiteſub Cruce de-hiciimus, quod noui reſpiciamus in JESUM. Reſpiciam ergo in auſtereum, & conſummatorem Iefum. 2. Petrus vocatur, leſuitur & Jo-annes. Qui amat, non exspectat mandata, fed ſponte leſuitur J E S U M. Unde tu leſte ſe-queris, niſi qui tecipide amas?

Hunc ergo (Joannem) cum vidiffet Pe-trus, dixit Iesu: Hie autem quid? Dicit ei Iesu: Si eum volu manere, donec veniam: quid ad te? zu me ſequere. Ibid. Reſurgitur Petri curioſitas; quām melius tua? Investigat aliena, quā domi, quā foris accidunt: quid ad te? Obſervas quid, cum quibus, quām diu agant alli, quid ad te? Immobiles te negotiis a-lienis: quid ad te? tuum eſi Iefum ſequi, ad hoc unum attende, reliqua Deo committe.

FERIA V.

Christus appetat in monte Galilee
plus quam quingentis
Diſcipulis,

Undeſic autem Diſcipuli abierunt in Galileam in montem. Mateh. 28. Memor Paulus 1. Cor. 15. fuſſe plus quam 500 Diſcipulos. Excitatos fuſſe credorela-tione teſminarum, & aliorum dicentium, quid ipoſponent: lo in Galilea videndum. Christus charitatē ſuam non refrañit ad paucos, fed in omnes extendit. Communica affectionem omnibus, non uni particulari: in quo multus eſt ſentialitati locus. 2. Apoſto-li, qui Christum viderant, commonent à lios, ut & iſi tanti boni participes ſint. Quod tibi datum eſt, ſive invidia communi-

ca-

200 HEBD. IV. POST PASC.
ca. 3. Considera expectantium afflictus , & deffidetia.

2 Ubi confirmerat illis Jesus . Ibid. Observat conditum locum , & tempus suę apparitionis JESUS , ut fideliter adimpleat , quod promisit . Quam fidelis Deus in promissis ! quam tu parum ei fidelis ! quanta proponis , quam paucia agis ! Quam infidelis es mundus , & quam accurata ei eritis !

3 Et videntes eum adoraverunt . Quidam autem dubitabant . Ibid. ex iis nemp̄ , qui eum anteā noue viderant , licet ex aliis omnibus anteādū intellexerint . Haec cordis nostri est duritas ad Divinas inspirationes . O tolle à me , Domine , cor lapideum ! Principio diaboli fuit paucorum , exīta tamen communis omnium adoratio : cum qua reverentia , humilitate , amore , & gaudio ? Ascende & tu montem altioris virtutis , ut talēm consolatiōnem merearis .

FERIA VI.

Destinat Discipulos ad conversionem
mundi .

1 E T accedens Jesus locutus est ei : Data est mihi omnis potestas in celo , & in terra . Matth. 28. Quām hereditario jure habebat , vi unionis hypostaticae ut naturali Dei filius , potestatem , eam sibi datam ait per Crucem , & merita passionis . Vnde seriae mortificationes agnoscit , per quam datur tibi potestas in celo , seu in parte rationali , & in terra , seu in parte animali , in qua sunt gravae affectiones . Agnoscit hunc Dominum omnis potestatis : adora eum : subiice te e-
jus

HEBD. IV. POST PASC. 201
ejus potestati . Rogat ut eam exerceat per superiores , prout est ad gloriam suam .

3 Euntes ergo docete omnes gentes . Ibid. Expende illud ; Ergo . Quia data est mihi potestas , ergo vos docete . Quomodo hoc sequitur ? Ollentit , se summe potestati conjungere optimam voluntatem , & potestate hac uti ad benefaciendum . Anna hanc bonitatem , quam non semel expertus es . Docete omnes ; Etiam in te reperitur , neminem exclusit . Si doces , pote omnes ; non sperne pauperem . Assiste tam miseris , quam felicibus ; immo illis potius , quia de illis habes . Quid fecisti uni ex his fratribus meis minimis , mihi fecisti . Mat. 25.

3 Baptizantes eos in nomine Patris , &c. Ibid. Abrogatur rigida lex circumcisionis in remedium peccati originalis , & instituitur Baptismus suauior . Ago gratias Deo , quod per legem Evangelicam jugum suave , & onus leve rediditer . Acceptisti & tu hoc Baptismi beneficium , quo carent tot pagani . Quid debes Dominum ? Factus es de familia Christi Christianus . Sed nomen pulchrum , est grande conveicium , si facta defluit . Vives ergo , ut statum tuum decet , ut decet filium tanti Patris .

SABBATO.

Continuatio instructionis Apostolis
datae .

1 D ocentes eos servare , omnia quecumque mandavi vobis . Ibid. S. Hier. h.c . Iustit , ut primū docerint , deinde fideli singereat sacramento , post quæ efficit observanda , præcepta

L sent.

102 HEBD. V. POST PASC.

201 Servare dixit, non feci; quia finis legis Evangelica est: ejus oblatio. *Omnia non aliqua.* Qui enim offendit in uno, sit omnium reus. *Jac. 2.* Obserua ergo; ab hoc pendet salus tua. Et mandata ejus gratia non sunt. Impoluit enim ille, qui te amat.

2. Qui credideris, & baptizatus fuerit, salvus eris; qui vero non credideris, condemnabitur. *Marc. 6.* Intellige, quid sit damnari, quid salvare: utrumque a tua voluntate pendere. Vis salvare? ad hoc Fide, & Baptismo opus est: Fide autem non mortua, quae est sine operibus; sed viva, & operibus probata. Age gratias pro Baptismo, & Fide. Sed expende, quomodo eam operibus probes. Comparete, & ora pro iis, qui in tribulis sedent.

3. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. Ibi Miraculis probanda Fides predicitur, quæ post probata est. Tu hæc spiritu-liter operare; Dæmonia efficiunt: *S. Bern.* 1. de Alecs., cum tradicantur à corde peccata. 2. Linguis loquuntur novis: Idem, cum recedunt vestra de ore rerum. 3. Serpentes tollunt. Idem, cum veneratis suggestione extingunt. Mortiferum sine noxa libent, cum tentationes sentiunt, non consentiunt. 4. Super regnos manus imponunt, & bene habent. Id est, cum grata affectione bonis operibus operantur.

DOMINICA V.
POST PASCHA.

Spondet nobiscum esse usque ad consummationem saeculi.

1. Ecce ego vobis sum omnibus: diebus usque ad consummationem saeculi. *2.* Matth.

HEBD. V. POST PASC. 203

Matth. 28. Mittebat Discipulos tanquam oves inter lupos. Quanta ergo illos manebant adversitates! En solitum. *Ecce vobis, amsum.* Hoc tibi quoq; sit solatio; *Ne timeas, quia ego tecum sum.* Hiærem. *1.* Non ut nihil patiar, ait Proph. *1.* *2.* de Voc. gent. c. *3.* *3.* sed, quod multū magis est, ut nulla facientium crudelitate superaris.

2. Ego vobis sum: & qua Deus, & qua Homo Deus. Deus per immensitudinem. Etsi non videar a vobis, video vos, & observo quæ agitis. En stimulum ad benē agendum. Fervor accedit, si oculum Domini semper prælentem cogites. Quà Homo Deus, per præsentiam in Eucharistiā. Expende, & ama tantum beneficium.

3. Ego vobis sum. *1.* per gratiam habitualem, que nos Deo conjungit. Quanta cura huius vinculi est habenda! *2.* per gratias actuales, dando vires ad operandum supernaturaliter. Sed per me stat, ut sint efficaces. O si casus semper acceptallem!, quanto aliis essem! *3.* per speciem providentiam, regendo quemque ad finem fuiæ vocationis. Tot modis mecum es, Domine: ero & ego tecum semper corde, & opere.

FERIA II.

Apparet ultimò recumbentibus in canculo,

2. **N**ostissimi recumbentibus illis undecim sacerdotibus apparuit, & exprobavit incredulitatem eorum. *Marc. 16.* Specie huminitatem Christi, qui etsi in corpore gloriofo, & jam sum ascensus, cum Discipulis recumbere

L 2 non

non designatur . In quocumque sis honore , par ceteris celo . Exprobatio illa amoris est , vol entis suis magis purificare . Nemo se isthie excusat . Quando tu sis accipies correctionem , & amorem afflabis ?

2. *Vado ad eum , qui misit me . Joan. 18.* Eccl hic , quid ulterius locutus sit , non prodatur , cresci tamen potest , manu estasse illis jam tempus esse , ut vadat ad Patrem , & quedam ex ultima eten repetivisse . Considera , quo doloris fenu id accepterint ; quod privandi essent Chirilli praesentia . Tu magis dole , si abeat à te per gratiam , quia magis est perniciolum . Non querere sensibilis devotionem , sed in hoc te Deo remitte . Verum autem , & solidam ne dicimite .

3. *Vado ad eum . Ut Christus suos repentina montio sui abitus non prosterneret , sensim eos disponit , raro illis , & a labore tempus in gloriosa carne comparetido . Aegri separarunt ab his , quibus Iapetus & familiaribus utinam . Hoc tu modo à creaturis , à tuis commodis te remove . Raro , & non nisi in transitu illi utente primum , postea facile carebis .*

FERIA III.

*Christus abituros suos Apostolos
consolatur .*

1. *E*xpedi nobis , ut ego vadam . *Joan. 16.* Etium hoc repetivisse crediderim nosciss . Non dicit : *Expedi nimirum quamquam & ipsi expediret quām plurimum , ut post passionem frueretur gloria , & foderet ad certam Patris : sed , Expedi nobis . Ut intel ligant eum in humana carne tam passibili ,* quām

quām glorio , non sibi , sed suis intentum fuisse , & etiam num quod agit , eorum bono se agere . Nonne deceat , ut & tu non te conti tuas centrum tuarum operationum ? Nonne , ut quidquid agis , pro Deo agas , qui omnia pro te agit ?

2. *S*i enim non abierto , Paracletus non veniet ad os . Ibid . Amabunt Apostoli Chirillum adhuc carnaliter , & in hoc tabant se ipsis . Expediebat , ut hoc quod in sensu est , totum converteretur ad spiritum , & perfriceret eorum fides , spes , & charitas : Vult ergo Chirillus , ut amore ita puro , & spirituali diligatur , ne affectus erga illum mixtum amore proprio impediatur Spiritum Sanctum : & quonodo eum non impediunt tot inordinati affectus ? *Spiritu alis gratia plenitudinem occulta mens non admittit . S. Bern. ser. 8. de Alcen .*

3. *S*i autem abierto , missam cum ad os . Ibid . Spiritus Sancti adventus pendebat à Chirilli in celum ascensu ; quis ita decretum fuit à Deo ; ut consolatio una adhuc carnalis tolleretur , mitteretur alii omnino spiritualis . Et credo etiam animo illi statutum à Deo , ut non gulet quis cum suavitate coelestis , & spiritualia , nisi terrena , & carnali sibi eripiatur . Vide , ubi haec ? in quibus terris , & carnis affectibus ; Inde tibi non sapient spiritualia . Sapient haec ; si illa tollas .

FERIA IV.

Educit Discipulos ad montem Olivarum .

1. *S*edete in civitate , quoadusque indusimi ni virtute ex alto . *Luc. 24.* Expende verba , cape mysteria ; quia à te exigatur ad L 3 Spiritum

Spiritum Sanctum promissum preparatio. 1. Monet sedere, indicans quietem maximè animi, à creaturis, à suis passionibus non inquietari. 2. In civitate, etiam inter negotios intentos quietem habendam. 3. Domus: non infinitus tempus, ut accendat desiderium. & Divina dispositioni acquiescant. 4. Indumenti cursum. Ut nos cognoscamus esse omnino nudos, sine Spiritu Sancto, & posse nihil: ab hoc solo esse omnem nostram virtutem. Hac etiam hodie reflege adversarios tuis.

2. Edidit autem eos foras in Bethaniam. Ib. Vadit in Bethaniam, ut credere licet, vale si datur, Marthæ, & Magdalene, & ad suum triumphum decedunt. Adverte quantum eas amaverit. At meruerunt amari: altera per hospitalitatem erga Jesum, altera per contemplationem. Quam non olivis fecit Deus officiorum, quæ ei praefas! quam tu obliuisceris gratiarum, quas accipis!

3. In montem, qui dicitur Oliveti. Actio. 1. Cogita, qui fuerint Apostolorum Christum conitantium affectus, gaudii dolore mixti: quæ validentium lachrimæ? quæ, & quam suavia vulnerum oscula? quæ preces? &c. 2. Montem Oliveti subiit, ad celos inde ascensurus. Recogita, quod ibidem suam passionem sit auspiciatus, & intellige adversitates esse principium glorie. Non ibis ergo ad gloriam per mundi delicias, & sensuum oblectamenta. Aut pati ergo, aut mori, dic cum S. Therese.

F E R I A V.

De Ascensione Domini.

1. **E**levatis manibus benedixit eis. Luc. 24. Quibus verbis benedixerit, non constat. Cogitare licet eam fuisse, quam in cena dedit. Joan. 17. Pater sancte, serva nos in nomine tuo quæ dedisti mihi, ut sint unum, heus & nos. Beneficio autem Christi efficax est, dans gratias quas precatur. O Pater mi! benedic etiam mihi benedictione ecclesiæ, non terrena, quia nec satiat, nec amplius sapit.

2. **V**identibus illis elevatus est. Act. 1. Non merè videntibus, sed quod rem adeo infoliam, gloriosam, & amabilem spectantibus, accidere solet, comitantibus affectu admiracionis, gaudii, ac desiderii. Unde singulos dixisse credas: Trade me peccati. Comitatu illudem. **E**levatus est, non momento abruptus ut diutius illis suis affectibus inhærent. Momentanei non agunt radices. Quos tu in meditatione excitaviris, saltem in eum diem loves, & proferas.

3. **H**umiliavit semetipsum, &c. propter quod & Deus exaltavit illum. Philip. 2. Ibi ascendere incipi in celum, ubi te deprimis. Quid enim ascendit, quid est, nisi quia & descendit. Eph. 4. Humilitati hoc promisit Christus: Qui se humiliat, exaltabitur. Tanto actior erit ascensus, quanto profundior humilitas. Potesne tibi celum pollicerti, si pergas ea viis, quæ haec? Inspice vias Domini, & sequere.

F E R I A VI.

Adstant duo Angeli, prædicunt secundum Christi adventum.

ET nubes suscepit eum ab oculis eorum.
Acto. 1. Gravissimum oculis objec-
tum, & unicam lætitiae materiam nubes
involvens eripuit oculis. A Deo producunt
coitare licet, non aliiund ad vocatam. Deus
aliquomodo est, qui nubem ponit Intellectui
suo, ut non penetremus Divina; ne con-
templationi intenti præteremamus opera cha-
ritatis in proximos; aut ut in ipsa desolatione
humiliter toleremus, plus illi placeamus. At
videlicet, ne alii sint in te nubes exhalantium pas-
honum, ac pravorum afflictuum, quo tollunt
aspectum Dei. Veni, cœlestis Auster, & dissip-
has nubes.

2 Cumque intuerentur in celum runter il-
lam, ecce duo viri adfuerunt, & dixerunt:
Vir Galilei, quid basis aspiciens in celum?
Ibid. Postquam absconditus ab oculis Discipu-
lorum est Iesus, reprehenduntur. 1. Quod
fuerit. In hac vita sumus in via, ergo non est
standum, sed de virtute in virtutem proce-
dendum. 2. Quod aspiciant in celum. Non
solum aspiciendo, aut desiderando sed pertin-
gitur: laborandum est pro eo regno, quia sim-
pliciter. Sed forte tu hanc correptionem non
mereris, qui intentione tua raro celum aspi-
ciisti. Peccabis oculi mei semper ad Dominum.
Psal. 24.

3 His JESUS, qui assumptus est a nobis in
celum, sic veniet. Ibid. Ingerunt secundi ad
judicandum adventus memoriam: Sic veniet

quo-

HEBD. V. POST PASC. 109
quæd majestatem quidem, non tamen quod
finem, qui jam vadit in celum, ut advocatus
sit nostrus: tunc veniet, ut judicet. Volunt ergo
hujus adventus memoriam, abente Iesu, apud
nos remanere, quia timeamus offendere eum,
quem habituri sumus Judicem. Sic ergo sequere
ascendentem, ut non debeat timere judicantem.

S A B B A T O.

De triumphali Christi in celum comitatu.

Ascendens in altum captivam duxit ca-
pivitatem. Ps. 67. Comitantur ascen-
dentes sanctæ ē limbo animæ amoris vinculis
captivæ, & augustum reddunt triumphum.
Meminerunt angustiarum fuarum; vident, &
gaudent se liberas. Adjunge te illi comitatu.
Alpice, quam dilecta tabernacula Domini vir-
tutum, & fordebit tibi tellus. Aspira ad liber-
tatem filiorum Dei, qui vincitus teneris turarum
cupiditatum catenis. Denique dico, Aposto-
licum virum non debere solum, & sine comi-
tatu celum ascendere, sed secum prædas ani-
marum orco eruptarum deducere.

Currus Dei decim millibus multiplex mil-
lia latantibus. Ibid. Occurrunt triumphantí
Angeli. Gratulantur Christo: ut victori de-
bellatum infernum; ut Pastori, repartam
ovem, quæ perierat; ut Parenti hominum,
recuperatum filium prodigum; &c. Gratulare
cum illis Christo. Recogita, quanti fletetur hic
triumphus. Agnoscit & te erexit inferis: te
esse ovem illam, quæ abieras in errores con-
cupiscentiarum; filium prodigum, qui dissipar-
veras omnem substantiam. Gaudie, gratias
age, propone.

510 HEBD. VI. POST PASC.

3 Ascendit Deus in jubilatione. Ps. 46. Cogita, quæ fuerint jubilationum voces. Dixit enim animæ, quo nihil audit libertatis Triumphantior; Redemisti nos, Domine Deus in sanguinem tuum, &c. Cecincent Angelii: Dignus es Agnus, qui occisus es, accipere coronam, &c. Tu cum his, & illis applaude Christo. Cum illis agnoscet te sanguine Christi redemptum. Agnosc tuam inde nobilitatem, ne degeneres. Ab his vero disce, coronam dari occido, ut & tu veterem hominem occidas.

DOMINICA VI.

POST PASCHA.

Triumphalis Christi in cœlum ingressus.

2 **P**ater, opus consummari, quod dedisti mihi, ut facerem: & nunc clarifica me us, Pater, &c. Joann. 17. Ubi Filius ante Patrem constitutus, haec, aut similia dixisse putata. Representat expletam obedientiam ostendit vulnera, offert animalium spolia: & ideo gloriam petet. Fic te ante eundem Patrem confidere: poteris cum veritate dicere: Opus consummari, quam imperfecta est tua obedientia? quam pauca pro Christo sustines; quam frigidus es ad salutem proximi? Age; ut cum hora veneris, ita dicere possis æternō Patri.

3 Dixit Dominus: Dominus meo: Sede à dextris meis. Psal. 109. Crede humanitatem Filii ad dexteram Patris invitatum, ab Angelis, & Beatis latrice cultu adorandum: sedere iussum ad maiestatem, potentiam, & super omnes.

nes.

HEBD. VI. POST PASC. 511

nes creaturas excellentiam indicandam. At quæ hic gloria, & honore coronatus, est frater tuus? ille ipse est, qui humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem. Sed propterea exaltavit illum Deus, ut discas humilitatem certam esse viam ad gloriam.

3 Sede à dextris Dei. Marc. 16. ad imperandum, & judicandum. At nihil imperabat, nisi quod ipse fecit. Ut suaviora nobis redderet imperia, ea exemplo condidit. Quam durus est servus, qui ad illa opera se applicare detinet, quæ Dominus non dedit gnatūr! sed quoties tu detrectasti? Judicabit autem absconditi cordium. Si non amas Parentem; fratrem; ac Dominum; time Judicem. Siquidominem fallis, hunc fallere non potes.

FERIA II.

Fructus Ascensionis Christi.

1 **A**ttollite portas, Principes, vestras, & elevamini portæ aternales. Ps. 13. Primus fructus est, quod portas cœli per peccatum nobis clausas Christus Ius Ascensione reseraverit, ut intrare nobis licet ad gloriam, modo velimus. Cogita, quæ fuerint Patrum lamenta, dum ete essent clausæ; quæ gaudia, dum apertas viderunt. Gaudete & tu de hoc tibi beneficio facto. Sed quale monstrium est peccatum, quod unum tibi iterum eas portas claudere potest. Declina ab hoc; & abhorre, ne dum palliaveris, audias, clausa est janua.

2 Vnde parare vobis locum. Joan. 14. Alterius fructus Ascensionis Christi, ut nobis locum paret. Ita qui passionem suam, & mortem volunt nobis scribere, vult etiam gloriam suam nominari.

L. 6. bis.

bis prodeſſe ; ut ubi eſt caput noſtrum , ibi & nos ſimus ejus membra . Quām bonus eſt Deus , qui totus eſt meus ! Vilne & tu totus eſt Dei ? Vilne per infamiam , & bonam famam , per gloriam , & ignobilitatem ? Hoc certe meretur Deus , qui tantū de te eſt meritus .

3 *Advocatum habemus apud Patrem , Jeſum Christum iugum , 1. Jo. 2.* Tertiū hi tru-
gas eſt . Toties rei , toties recidivi , habemus
advocatum , qui interpellat pronobis , & vul-
nera tua Patri offendit , ut eorum objecū mi-
tiget iram , quam promefemur . Redde te di-
gnum , & committe te totum , ut pro te inter-
pellet . Sed ſcito , quid non pro mundo cogit . Jo.
17. Ideo non mundi , fed Chriſti legibus vive .

FERIA III.

De noſtra Ascensione .

3 **A**ſcenſione in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum . Psal. 83. Aſcenſio
Chriſti noſtrum invitat . Hoc non una eſt . 1. eſt in valle lacrymarum , ſive in anime purga-
tione . Hic aſcenſio ſuper eques indomitarum
tuarum paſſionum . Elevauit nos , ſi fuerint
enferui . S. Aug. fer. 176. Per ea aſcendis ,
quæ calcas . Calca ergo & mundum , & te
iſpum generoſo contempsu .

2 *Ibunt de virtute in virtutem .* Ibi . Altera
aſcenſio eſt per profectum in virtute . Nullus
eſt terminus praefcriptus ; quia quibus dicitur :
Eſtote perfecti , ſicut Paſter uetus celeſtis : Im-
perio habent , quo progrediantur . Quotidie ergo
hic adhibendis conatus eſt , omnis captanda
occaſio . Et quod tu praetermittis , nunquam
amplius redituras ? Excita novum ieronem .

3 Deneſe

3 *Deneſe tideatur Deus Deorum in Sion .*
Ibid . Tertia aſcenſio eſt per unionem : quando
eo pervenis , ut Deus fit tibi omnia : extra Deum
nihi velis , ames , timeas . O quando aſcenſam
in hunc montem Domini ? O quām adhuc amo
terrena ! quām me iſpum ! quām facile huma-
no reſpectu à bono avoror ! O Deus meus , &
omnia !

FERIA IV.

De regreſſa Discipulorum in Hiero-
ſalem .

1 **E**t iſiſ adorantes regreſſuſunt in Hiero-
ſalem . Luke 24. Obleuantur mo-
nentibus Angelis , relinquunt locum , in quo
cum magno iuuſo ſolatio diuinus haſſiſtent . Si
juberis mutare locum , ſialud etiam cum tuo
incommodo , & privatione ſolati spiritualiſis ,
attende preium obedientie . 2. Adorantes eſ-
colis veſtigia reliqua . Adora veſtigia virtutum
Chriſti , cum deſiderio iisuſuſtendit .

2 *Cum gaudeo magno .* Ibid . quid viderint
gloriam Domini : quid acceperint benedictio-
nem ad labores , quos ſpectant à Domino pro-
perandis ; quid cùm parandi ſibi loci pro-
missionem acceperint , ſperant etiam ſe aliquan-
do eo aſcenſuros . In hiſgadent servi Dei ; in
vanis , & noxiis mundus .

3 *Intraverunt in canaculum , & manabant
ibi .* Acto . 1. 1. Mandato Chriſti obedientes ,
qui eos iuſtit redire in Hierusalem . 2. Ex co-
gnitione fuſe imbecillitatis ; ne ſi prodirent
non indui virtute ex alto ; deficerent . Co-
gnofce & tu , quām parum poſſis fine eo , qui
ioliſ poterit omnia , & ut poſſiſ aliquid , im-
becil-

214^o HEBD. VI. POST PASC.
Socilitatem tuam illius omnipotentiae judge.

F E R I A V.

De electione S. Matthiae.

1^o **O** portes impleri scripturam : Episcopatum eius acceperat alter. Act. i. ut loco Iudei alius substitutus. Vide providentiam Dei, quae nec in Ecclesia aplos ministros, nec in Religionibus servos suos deesse patitur; & cum unus defecit, de alio providet. Accepisti, & tu in Religione aliquis defecisti locum. Scias timore, & humilitate, cum vides Apolum defecit.

2^o Ex flatuerunt duos, Joseph, & Matthias, & orantes disserunt : Tu, Domine, offende, quem elegiris. Ib. En medium bonae electionis oratio, & indifferencia ad Dei nuntium. Sine his quam male elegitis multa, quanto melius elegiles, si hiec adhibuissis! Sape tuo domino.

3^o Et dederunt sortes eis, & cecidit sortes super Mattheum. Ibid. Praetertorundim Matthias Barabas, nec ille effertur, nec ille murmurat, tametsi sorte praeterendus videretur; quod & prior nominetur, & elogio Iuli honoretur. Ad Deo dicit, tam uterque accipit. Si alteri prepararis, esto Matthias; si postponaris, esto Barabas.

F E R I A VI.

De expectatione Spiritus Sancti.

4^o **S**edete in civitate. Luc. 24. Ad hoc Christi mandatum subducunt se Apostoli à conversatione; & forensi tumultu, expelluntur, quem promiserat Deus, Spiritum Sanctum. Itaque, videbantur illo tempore abstrahere.

HEBD. VI. POST PASC. 215^o
strati à rebus saeculi, & hominum commerciis. Spiritus Sanctus lingua est Dei; sed non auditus in compiti, non percipitur in foris. Secondeundum est ab extraneis ad interna, ut percipiatur. Discedit ergo à distractionibus, & te intra te collige. Anima dissipata non est cum Deo. Si id fecerunt, quibus Christus revelavit adventum Spiritus Sancti, quanto magis te decet id præstare.

2^o **D**onec in diuina virtute. Ibid. In illa recollectione spirituali expectabant illud: Donec. Cum enim venturum certò crederent Spiritum Sanctum, horam autem ignorarent, ita agebant, ut semper parati reperirentur. In dilatione erat longanimitas, & patientia, cum ardente desiderio æquanimitas, & indifferencia, ut tum veniret, cum Deo placaret. Debet etiam ad consolationes spirituales habendas, aut non habendas indifferens esse; & id unum spectare, ne Dei voluntas fut, tui alias desiderii nulla ratio habeatur.

3^o **E**rant perseverantes in oratione. Non ignorabant, quod dabis spiritum bonum peccatis eum, ideo in illo loco eti orationi vacabant. Crede petivisse eos illum variis titulis: ut lumen cordium, tum ad sua, tum ad aliena corda illuminanda: ut somnum, ad ascendenda sua, & aliena corda ad amorem Dei, & ad omnia, quae sunt apostolice vocacionis. Oratione trahit spiritum sanctum. Esto certus, si petes, ut debes, accipies.

S A B B A T O.

Peculiaris Apostolorum ad accipendum
spiritum S. preparatio.

4^o **E**Rant omnes perseverantes. Act. i. Hinc neque Thomas absit, jam semel experitus,

316 HEBD. VI. POST PASC.

tus , quanto se bono privet , qui à communitate se separat . Magnus Sanctus evadit , qui , quæ sunt Religioni communia , observat . Ab his neque majoris spiritualis commodi cauila est recendum . Nam communes gratias perdis per singularitatem , & hoc defectu mereris , ut particulares non accipias . Esto ibi , ubi filii Dei sunt omnes .

2 Erant per se verantes unanimiter . Ibid. in summa concordia , & animorum conuentu , qui apparuit in electione Matthie . Quod charitatis vinculum nec solvit numerulus congregatorum multitudine , nec nationum diversitas , nec discrepancia naturalis geni . Sed erat eorū unum , & anima una . Spiritus Sanctus est amor ellenitatis , & vinculum charitatis . Quomodo eum prefatiori potes , si solvis vinculum & siccum plurium offensa adhaeres uni ? si diversos genio , aut natione fugis ? &c.

3 Cum multioribus , & Maria Mater Iesu . Ibid. Maria , ut docent Theologi , merita est accelerationem Incarnationis ; cogitare licet impetrasse etiam Spiritus Sancti adventus accelerationem . Efficacissima est ejus oratio apud Filium . Credibile est , Apostolos suas cum illius orationibus conjunxit . Concepit magnum Beatissime Virginis affirmationem , ex confirmatione amorem , ex amore fiduciam ; preces tuas illi committe Deo offerendas , & redendas dignas , ut in conspectu Dei apparent .

VITA
ET DOCTRINA
JESU CHRISTI
EX QUATUOR
EVANGELISTIS
COLLECTA:

Et in Meditationum materiam ad singulos totius Anni dies distributa

P B R

NICOLAUM AVANCINUM
Societatis JESU.

PARS SECUNDA.

UNIVERSIDAD NACIONAL DE COAHUILA DE SALVADOR LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

DOMINICA

PENTECOSTES.

De adventu Spiritus Sancti in vento . . .

Gum completerentur dies Pentecostes , erant omnes pariter in eodem loco . Ad. 2. Tempus non vacat mysterio . Dies erat idem , quo olim data fuit lex timoris , cui bodie sufficitur lex amoris , quām venit Spiritus Sanctus scribere in cordibus fidelium , ut efficiatur per illam jugum Christi suave , & onus leue . Verē enim amanti nihil difficile . O si & hodie ad me venias , & scribas legem tuam in medio cordis mei : ut non ex necessitate servili , sed ex amore filiali Deo serviam .

2. *Fallit est repente de cœlo sonus , tanquam aduentus Spiritus videntis . Expende verba : Fallit est sonus : quo omnes occupet , & si quis efficit incurias , percilleretur : Quām altum ego dormio , qui necdum hoc sonus excitor ! Repente : quia visitatio Spiritus Sancti non habet definitam horam , sed ut extendit est semper ; ita semper est expectanda . De cœlo ; unde est omnis donum , id est , Filius Dei ; & datum perfectum , id est , Spiritus Sanctus . Tanquam spiritus , id est , venti , cujus diversas proprietates , ut Spiritui Sancto convenientes , considerate potes : Videntis : ad notandum impetum , quo corda nostra ad alias virtutum impellit . O quām vehemente mihi spiritu opus est qui tandem torso ! Veni , Sancte Spiritus , perfila horum , aut cor meum .*

3. Et :



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL D

220 HEBDOMADA PENTEC.

³ Et replevit totam domum, ubi erant sedentes. Ibid. Abundantia donorum ostenditur, quibus Ecclesia à Dyo repletus; à quo nemo, qui in coenaculo, seu in Ecclesia est, excluditur. Ora, ut dominum animæ tuæ totam implete. Aperi angulos, & latibras, ut penetrare possit. At non replebit, nisi & tu fedes per quietem internam, & animi compositionem. Non enim implet animam vagam, & ad exteriora effusam.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS FERIA II.

De ejusdem adventu in igne, & linguis.

¹ **A**paruerunt illis dispensatæ linguis. Non ut res otioles; sed ut formarentur Praedictores legis novæ; ideo lingua illis figura datus est; & ut loquerentur magnalia Dei. Ex lingua tua argue, an habeas Spiritum Sanctum in corde tuo. Ex abundantia cordis os loquitur: sensus, quos promis, præhabes in corde. Si reperis non habere, linguam emenda.

² **T**angquam ignis. Alijs sub alijs figuris apparuit, nubis, columbe, fluvii, &c. hic hab ignis specie, quo Apostoli & illuminarentur, & alios illuminarent; accenderentur ipsi, & alios accenderent, ac mentes peccatorum purificarent: quæ sunt potissimum doctes Evangelici prædictoris. O quam tibi opus est hoc igne, ut illuminentur tuæ tenebre ad declinantes consuetos errores! ut accendatis amore tam in Deum, quam in proximum! Veni, S. Spiritus, accende lumen sensibus, infunde amorem cordibus.

³ Sedit.

HEBDOMADA PENTEC. 221

³ **S**edit; supra angulos eorum. S. Greg. Nazianz. orat. 44. de Pentec. Soffio bac, ait, regia in spiritu sancto dignitatis excellentiam significat, qua cordium illorum dominatum acceptip. **S**edit, non discellurus, quia Apostoli in gratia confirmabantur. O si Spiritus inter regiam in corde tuo dignitatem obtineret! O si te tam varium, & mutabilem confirmaret! Dominabitur, si velis, si carnis dominatum non admittas, si parcas ejus inspirationibus. Confirmabit, si velis firmiter, & confanter. Totum ergo hoc à tua pender voluntate.

FERIA III.

De fine, quo missus est Spiritus Sanctus.

¹ **E**go regabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere. Joan. 14. Finis est, ut sit Paracletus, seu consolator. Consolatur autem quia Spiritus veritatis est, discernens falsa à veris. Quæ nos afflignant, plerunque falsa sunt imaginationis figmenta. Detegit tibi veritatem: consolatio erit in promptu: quia videbis inanes umbras suisse.

² **C**um autem esset ille Spiritus veritatis, dederit vos amorem veritatem. Jo. 16. Secundus finis est, ut conferat Apostolis intelligentiam eorum, quæ Chirillus sive aperte, sive occulte docuit, toti Ecclesia tradendam. Enqua cura, & providentia Dei, ut errores ex lucri mentibus eximantur. Intellexus est, qui ducit, aut seducit voluntatem, quantum interest, ut hie fallacias detegat, & altis veritatis principiis imbueatur, ne principiis carnis, aut

222 HEBDOMADA PENTEC.

aut mundi voluntatem seducat! Quae sunt autem principia tua? quām conformia veritatis.

3 Cū venierit ille qui arguit mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio. Ibid. Tertius finis est, ut per Apóstolos arguat mundum, ut corrigitur. Cur arguendi munus tribuitur Spiritui Sancto, qui est Spiritus amoris; ut omnis increpatio fiat in Spiritu amoris, ac lenitatis. Nota autem tria, de quibus arguet. De peccato incredulitatis: de iustitia, quod mundus se iustum patet: de iudicio, quod Principem huius mundi Diabolus faciat. Vide, quae tua sit fides? quām firmetur operibus? anne falsa aestimatione sis justus, an audias suggestiones Dæmonis.

FERIA IV.

Quid Spiritus Sanctus in Apostolis
operatorus sit.

1 VOS autem baptizabimini Spiritu Sancto. Act. 1. Collationem Spiritus Sancti Baptismum vocat, significans per illum datos eis Apóstoli principales effectus Baptismi, purgationem à peccatis, remissionem peccatorum, gratiam, perfectam charitatem, & unionem cum Deo, & omnes habitus virtutum supernaturalium. O felix Apostolorum fors! infelix tua! Quantum tibi horum dedit! Veni, Sancte Spiritus, imple super-naturam, quae tu creasti, pectora.

2 Charitas Dei diffusa est in cordis nostris per Spiritum Sanctum. Rom. 5. Charitas ista zelus est, quem conceperunt Apóstoli ad tantam mundi conversionem pro gloria Dei, sine metu periculorum, tormentorum, & mor-

HEBDOMADA PENTEC. 223

moris, qui anteā ad vocem ancillarē exhortaverunt, aut metu mortis fugerant. Estne zelus iste gloriae Dei in te? queris salvandas animas? queris tuam? sed quas pro illa difficultates superas? quas umbras non times?

3 Cuperunt loqui variis linguis. Act. 2. Ut prædicare omnibus gentibus possent Evangelium, collatum est illis per Spiritum Sanctum donum omnium linguarum. Gratias itaque dedit congruas ad finem vocationis eorum. Ita Deus cum omnibus agit. Quos vocat, vocationi aptat. Nec tibi decerit, dummodo utris mediis, quae tibi fugerit. In hoc plerumque defectus est noster. Quantus evades, si utaris!

FERIA V.

Quid Apostoli per Spiritum Sanctum
egerint?

1 Egerunt loqui variis linguis, prout Spiritus Sanctus datus eloqui illis. Act. 2. Accepto Spiritu Sancto profissim Apóstoli; prædicanū magoūa Crucifixi Iesu: anteā idiotæ, nunc sapientia pleni; anteā timidi, & pusilliāmes, nunc tormentorum, & mortis contemptores. Quiētum movet Spiritus, nihil timeret, cū moventi obsequitur. Noli tardare, cū motum feueris: noli metuere. Ille finem dabit optatum, qui iussit.

2 Stupabant autem eis, & mirabantur. Alii autem irridentes dicebant, quia multo plenius sunt. Ibid. Res sanè digna sicut admiratio, illa sapientia, linguarum notitia, facundia in explicandis mysteriis, zelus, & fortitudo. Sed à malis linguis nihil intactum. Irridentur, ut multo pleni. Cū optimè feceris,

224 HEBDOMADA PENTEC.

ceris, etiam de te peccati loquentur alii. Sed ut per hoc non desistebant Apostoli incepsum prosequi, tu pariter non desile. Propter sermones hominum non cepisti, propter cōdem non define.

3 Stans autem Petrus levavit vocem suam, &c. Ibid. Occasionem ex imputata ebrietate nactus Petrus, negat eboris effo vino; affirms plenos esse Spiritu Sancto. Exprobat Iudeus, quod Christum crucifixerit. Quibus illi andatis, compani sunt corde. Dicere primo apprehendere omnem occasionem boni. O quot tibi elapsis sunt! 2. Inebriari Spiritu Sancto, qui inducit rerum terrenorum oblivionem. 3. Sermones tuos eò dirigere, ut compungantur corde, qui te audiunt. Ad hoc autem zelo, & solidia, non ficta, & apparente, virtute opus est.

FERIA VI.

Fructus Spiritus Sancti in primis Christianis.

4 Erant perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fratrum pani, & orationibus. Acor. 2. Ter mille baptizati fuerunt. Hi statim 1. sequuntur doctrinam Apostolorum, sensu ardum, & contrarium. 2. Eucharistiam frequentant, qua dispositione? qua fame? quo fructu? Orant, qua fide? qua humilitate? qua constanter? Conser te cum illis. Vide, quo deficitas. His flude; quia sunt primum vita spiritualis nutrimentum,

5 Erant

HEBD. I. POST PENT. 225

2 Erant pariter, & habebant omnia communia. Ibid. Non erat meum, ac tuum, frigidum illud verbum. Qui Spiritum Dei concipit, facilè ab amore terrenorum avellitur. Evacuate ad perfectam paupertatem. Quod mihi habueris rerum, plus Spiritus habebis. Non intrat Spiritus cor, quod aliarum rerum amore plenum est.

3 Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. Acor. 4. In tanta diversitate nationum, conditionum, talentorum, summa concordia: nulla alterius de altero querela, de nullo sinistra existimatio, minus sermo sinistro. O felix societas, in qua multi vivant una anima, & contenti. Quodam benum, & quodam iucundissimum habuitate, fratres, in unum. Psal. 132. Vis Spiritum Dei, & tute vocantis? Cura unionem, hac lata, semper latedis pupillam oculi.

SABBATO.

De his, qui non accipiunt Spiritum Sanctum.

1 N on permanebit spiritus meus in nomine in eternum, quia caro est. Gen. 6. Qui addictus est sensualiti, & delectationibus, non speret in se Spiritum Sanctum. Quia caro concupiscentia adversus spiritum, & spiritus adversus carnem. Vide ergo, & hinc necessitatem sensus tuos, & concupiscentias occidenti.

2 Spiritus & disciplina effugiet filium. Sap. 5. Filium, intellige simulatorem, qui vult videri bonus, non studet esse; Qui suis sensuum delectamentis apud Superiores

M

præ-

226 HEBD. I. POST PENT.

prætexit bonum aliquem finem; qui malis suis intentionibus colorem sanctitatis appingit. Hunc effugit Spiritus Sanctus, quia est Spiritus veritatis, que aliud colorem non admittit. Tolle ergo fictionem, & omnem humanum respectum, peletem animæ: age candidè, simpliciter, & sincerè.

³ *Spiritus veritatis, quem mundus non potest accipere.* Quia mundus falsis principiis nuditur; divitias, honores, oblectamenta sensuum esse querenda; fugiendam paupertatem, contemptum, & Crucem. Veritas autem protius habet contraria principia: non potest ergo mundus Spiritum veritatis accipere. Examina, utris tu principiis ianitarris. Agnosc illum falsitatem & istorum firmitatem, & te exemplo Christiad ista converte.

DOMINICA

S. TRINITATIS.

De mysterio Sanctissimæ Trinitatis.

¹ *Dominus Deus noster, Dominus unus est.* Deus est una quedam simplissima entitas, in omni genere perfectionis infinita; primum rerum omnium principium, & finis ultimus; unicum summum bonum: ideo unicūs Deus; extra quem non est aliud. Non capio te, sed credo te, aetoro, laudo, glorifico, timeo, amo, & tibi soli servio; tu centrum omnium meorum affectuum. Ah! Iesu te agnovi, serò te amavi, quiclibetudo mea! qui multiplicavi mihi Deos, quoties me, vel creaturam aliquam plus quam tecolui, & amavi, aut illi impensius servivi. Ex hoc tu unos eris mihi

HEBD. I. POST PENT. 227
michi in Deum, cui omnia offa mea dicent gloriam.

² *In Nomine Patris, & Fili, & Spiritus Sancti.* Ita Deus est in essentia unus, ut tamen sit trinus in personis, Pater sui intellectione generat Verbum; Pater, & Verbum mutua dilectione producunt Spiritum Sanctum. Neque hic capio cum perfecta unitate perfectissimam distinctionem; sed credo, adoro, laudo, &c. Applico animum ad vivam Dei cognitionem, ut quod potest in hac umbra, aliqua ejus imago in mente mea generetur; quam summi testimoniem, ex aestimatione amen, & ita etiam Spiritus Sanctus aliqua ratione in me producatur.

³ *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus.* Apoc. 4. In hac personarum Trinitate summa est perfectionum æqualitas; eadem beatitudo, gloria, immensis, aeternitas, omnis potentia, justitia, &c. quas omnes affectiones una sanctitas comprehendit; & idem praepuc memoratur. Cum omnis creatura sit quedam imitatio Dei, ut omnes Dei perfectiones nos imitemur, sanctitas sola imitanda proponitur: *Sancti eritis, quia ego sanctus sum: non potentia, altitudo, scientia, quam ambierunt Angelus, & primus homo, & malo perierunt.* Hoc ergo age, ut Dei sanctitatem imiteris. Sed quantum abes!

F E R I A I I.

De Persona Patris æterni.

¹ *N* Umquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? II. 66. Pater est fons, & origo divinatum processionum, & perie-

M 2 gionum,

ctionum, qui à nullo procedit, à quo procedunt reliquæ personæ; qui cognoscendo scipiam produc Filium, cui totam essentiam, & omnes perfectiones absolutas communicat. Hoc non intelligis? Captiva intellectum in obsequium fidei: humiliter adora, lauda, glorifica, ama cum omnibus Angelis. Ita generat Filium, ut tamen & in Patre sit Filius, & in Filio Pater, immo sunt unum Pater, & Filius. O Pater! da nobis, ut simus unum, sicut tu, & Filius tuus.

2. *A quo enim Paternitas in celo, & in terra nominatur.* Ephes. 3. Unicum ad intra, & ex necessitate generat Filium sibi confubstantiam, sed multis ad extra dat, ut sint, & nominentur filii Dei adoptivi per gratiam. Vide, quanta maiestas est, quo adoptati! quanta vitalitas hominis, qui adoptatus! Habet, quo confundaris. Quod alios titulos tanti feceris, hanc filiationem Dei tam parvi estimaveris: quo gaudes, quod possis esse filius, & haeres Dei: quo timesas, & omni studio in posterum caveas amittete.

3. *In manu tua est fortitudo, & potentia.* 2. Paral. 20. Etsi & perfectiones absolutæ, & actiones ad extra sint communes Trinitati. Patri tamen, quia fons omnium, & origo est, attribuit ei potentia, per quam est, quidquid extra Deum est. Et tu de nihilo ab illo es, quidquid es, illius es: illi ergo te reddé, cuius es. Hoc tua natura, hoc omnis creatura clamabat tibi toties: *Iosefec nos, & non ipse nos;* & tu surdus quoties magis creaturas coluisti? Non pudet? Et quid ages?

F E R I A I I I.

De Persona Filli.

F *U*nigenitus Filius, qui est in seipso Pater. Joan. 1. Filius intellectione Patris productus est substancialis imago Patris, cuius habet eandem individuam naturam, easdem omnes perfectiones absolutas, *Unigenitus*, cui totum communicatur, quidquid potest Pater communicare. In seipso Patris, cum Patre & intelligit, & amat, & beatus est, & Spiritum Sanctum producit. Credere, lauda, glorifica, ama, &c. Cuius es tu imago? nonne Dei? Ad hanc quidem creatus es: sed quām defecisti eam!

2. *Quo praescivit, & praedestinavit consenserit fieri imagini Filiis sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Rom. 8. Unicus filius, & haeres, multos fratres adoptivos, & coheredes admittit; immo adsciscit per assumptionem humanitatis, & gratiam adoptionis suo sanguine fundat. Habet ergo fratrem Filium Dei, quae gratia? quae gloria? fed quām parvi can estimasti? Inspice hanc imaginem deinde, ut quid tibi desit, advertas, & reparas.

3. *Omnia in sapientia facisti.* Psal. 103. Filius est sapientia Patris. Huic supernaturalia lumen, & cognitiones referuntur in acceptis; quia illuminat omnem bonum venientem in hunc mundum. Ab hoc veram sapientiam pete, quae est cognitio, & estimatio rerum, propterea sunt: ut terrena terrena aestimes, divina divina, transitoria transitoria, eterna eterna, ut transcas solum per ea, quae transeunt, haeres in illis, quae permanent.

FERIA I. V.

De Persona Spiritus Sancti.

Mittam vobis à Pater Spiritum veritatis, qui à Pare procedit. Joan. 15. Pater videns in Filio suam essentiam, & perlocationes, necessario amat Filium. Filius videt eisdem sibi à Patre communicatas, necessario amat Patrem. Reciprocus hic amor substantialis est Spiritus Sanctus. Crede, lauda, adora, glorifica, &c. O si & ego conjungerer Deo in codem Spiritu.

2. Acceptis spiritum adoptionis filiorum, Rom. 8. Quos adoptat Pater in filios, Filius in fratres, hos in dies perficit Spiritus Sanctus communicando fe ipsum, dona supernaturalia, & gratiam habitualem, quae est quedam participatio naturae Divinae. Sed quoties tu refligiisti Spiritui Sancto. Act. 7. ne in te hanc filiationem perficeret? Noli in posterum contristare Spiritum Sanctum Dei. Eph. 4. Quid te extra Deum magis laxificat, hoc certò Spiritum Sanctum magis contristat.

3. O grām bonus, & suavis est, Domine, Spiritus tuus. Bonitas, suavitas, misericordia, et sequē, sunt communes Trinitati, specialiter Spiritui Sancto tribuuntur. Huic debes, quod sis deducitus in terram bonam, quod tecum tecum Deus misericordiam suam, quod lachrymis laveris peccata tua, &c. Et quid reddis? Vide, ne si ingratus esse pergas, ipse quoque à te abstrahat misericordiam suam, & cellet postulare pro te gemitibus inenarrabilibus.

FERIA V.

De amore Christi erga nos in Sanctissimo Sacramento.

Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus. Mat. 26. Idem in Eucharistia est corpus, quod in Incarnatione aliumptum fuit: idem sanguis, qui in cruce effusus. Quanti amoris opus est incarnatione, & mors Christi, tanti est sui ipsius exhibito in Eucharistia. Tantum ergo debes Christo per hanc ad te venienti: quantum totus mundus incarnato, & mortuo. O Domine, quis tu es? & quis ego sum? Et tamen quām parum tibi obsequi redendo! Quām multum mihi ipsi, & vanitati.

2. Qui mandauit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me maneat. Et ego in eo. Jo. 6. Sub speciebus panis, & vini se addidit, ut nobis incorporaretur, & ut nostrum alimentum transiret in substantiam. Vides amorem erga te, quo Jesus vult tecum unum fieri? Quām ergo debet purum esse, & immaculatum cor tuum! quam ab omnī re creata avulsum, & uai Deo adhaerens? Qui enim amat alii præter Deum, non amat, ut debet, Deum.

3. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Ibid. Ut vitam viveremus divinam, divinum exhibit alimentum. Noluit in Sacramento hoc permanere substantias, ut ipse substantia sui corporis, & sanguinis nos satiaret. Non est hoc amoris vere divisi argumentum? Non deboret his cibis omni-

232 HEBD. I. POST PENT.
nem meum appetitum satiare? Toties hoc paſ-
tor, & tamen ad cepas Ægypti, ad delecta-
menta ſenſum, ad creata ſuſpirio? O pudor!

F E R I A V I .

Sanctissima Euchariftia eſt memoriale
Paſſionis Christi.

Hoc Sacramentum infiſuit tanquam
Paſſionis ſuā memoriale perenne. S.
Them. opus. 3. Cruenti ſacrifici ut perennis
extaret memoria, incruentum infiſuit quo-
tidie peragendum. Semel pro nobis immo-
latus, invenit modum, quo ſeipſius immeletur.
Ergone putandum eſt Chriftum toties pro me
mori? Agnoſce amorem. Sed nihil rediſ, niſi
& tu quotidie immoleris. Qui enim ſunt Chri-
ſti, carmen ſuam cruciſſerunt cum viſis, &
concupiſcentiis fuisti. Gal. 4.

2 Hoc facite in meam commemorationem. Lue. 22. Quanti ipſe ſuam paſſionem fecerit,
hinc aeterna; quia voluit ipſe ſeipſo ejus eſte
memoriale. Obligat hoc te ad continuam tan-
ti beneficij memoriam; non quae in ſola cogi-
tatione fitat, ſed quae in affectum, & opus
tranſeat. Qui enim Paſſionis Domini eſte myſteria
celebramus, debemus imitari, quod agimus. S.
Greg. 4. Dialog. 59.

3 Quoiescereque manducabitis panem dñe,
Et calicem Domini bibete, mortem Domini a-
gniciabitis. Quoties Euchariftiam sumis, co-
gita te mortui Chrifti ſepulchrum eſſe. Non
eris dignum, niſi ſis nouum; voluit enim po-
ni in monumento noſo. Non eris nouus, niſi
vete-

HEBD. I. POST PENT. 233
veterem hominem occidas, Necife oſi, ut
dum hæc agimus, noſ ſeripto Deo in cordis con-
tritione maftriam. S. Greg. ibid. Quid ad hoc
aſi? Expedi arma, & te hoſtiam ei exhibe,
qui ſe dedit hoſtiam pro te.

S A B B A T O .

De dignitate ſumentis Euchariftiam.

Ad eum veniemus, & manſionem apud
eum faciemus. Joan. 14. Qui ſumis
Euchariftiam fit Dei habitaculum. Ut adver-
tas, quanta fit hæc dignitas, cogita uterum
Beatiſimæ Virginis, in quo primum homo fa-
cius habitavit. Quantis illam gratias cumula-
vit. At it ipſe eſt, qui in Euchariftia ad te
divertit. Quanta eſt hujuſ habitaculi dignitas?
Ali noli permettere, ut in ea divertant ſedā
animalia infrārium paſſionum.

2 Qui manducat meam carnem, & libit
meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Joan. 6. Non ſolum fit habitaculum Dei, qui
Euchariftiam ſumit, ſed admirabiliter quadam
unione fit unum cum eo. Allequere, ſi potes,
quanta fit hæc dignitas, uniri humanitati Chri-
ſti, & veluti ea mediante ipſi perfonæ Verbi,
& toti Trinitati, quæ concomitante in Eu-
chariftia ſumitur. Conſidera, ad quid te obliget
hæc dignitas: ut qui uniris Deo, avelaris a
lato creatarum rerum: ut dicta, facta, cogita-
ta tua ſint talia, quæ non dedeſcent membrum
Chriſti.

3 Ego vix propter Patrem, & qui mandu-
cat me, & ipſe vives propter me. Excellentiam
unitioſis cum Chriſto adverte. Sicut Filius
accipit à Patre effientiam, vitam, & omnes

HEBD. II. POST PENT.

perfectiones; ita ut sit unus Deus cum Patre,
& in eo vivat, easdemque cum illo perfecti
neshabent; idem intelligere, idem velle, &
operari: ita per Eucharistie sumptionem sis
particeps, vita, & perfectionum Christi. De-
bes ergo idem cum illo sentire, velle, agere,
pati. Esthet id unitus tibi Christus, nisi tu
obstas.

DOMINICA II.

POST PENTECOST.

Sanctissima Eucharistia est Coena
magna.

Homo quidam fecit egnam magnam, &
coecavit multos. Lue. 14. Eucharistia
agna est, parata vespere. seu in fine facul-
rum: sumenda in nocte obscura ad fidei lumen.
Magna ab Editore Deo, à ferulis humanita-
tis, ac Divinitatis Christi; à convivis omni-
bus fidelibus, à ministris Angelis. Omnia
magna sunt; tu solus parvus es, & indigous:
& tamen te quoque Homo, Deus ad illam invi-
vit. Hac totam famem, fitimque applica:
Quae desideres de cibis ejus (mundi, & curvis
in quo est panis mendacit). Prov. 23.

2 Et exponunt simul omnes excusare, seu re-
cusare: Domini bonitas est omnes admittentis;
seu cuiusque malitia est, scipsum excludentis;
Tria excusationum genera inducuntur: In en-
tra villa dominario, & superbia notaria. S.
Aug. ser. 33. de Verb. Dom. In emptis bobis
avaritia, aut quinque sensibus, qui nos ad terro-
res trahunt. In ducta uxore, carnis voluptates,
Piores rogant se excusari: tamen venire con-

te-

HEBD. II. POST PENT. 235

temunt. Humilitas sonat in voce, superbia
in actione. Gregor. hom. 13. Tertius folius ait;
Non possum venire: quia amicus ad valupates
propensus, infirmus est, & invalidus adexe-
quenda, qua Dei sunt. Cyril. Alex. lib. 4. de
Ador. Haec tria plerunque sunt, quae si te non
abitrahunt à coena, fructum imminuent. Vide,
ne recuses.

3 Tunc iratus Pater familias dixit seruo
suo: Exi et in plateas, & viros civitatis, &
pauperes, ac debiles, & ego, & claudos intro-
ducere huc. Ibid. Merito irascitur Dominus, cu-
jus tanta humanitas, tantum beneficium refu-
pitur. Pauperes, & debiles dicuntur, ait S.
Greg. hom. 36. qui iudicio suo apud somptuosos
infirmi sunt. Quam ille ardet habere convi-
vas: quam tu languide accedis! Ille undequa-
que conquirit, nec aversatur infirma mundi.
Non avertitis infirmitate tua: quia, quam
coecaritis, dignum facit, si sequatur. S. Ambr.
l. 1. de pen. cap. 6. & sanat omnes infirmitates
tuas.

FERIA II.

De dispositione ad SS. Eucharistiam
sumendum.

In sole posuit sobernaculum suum. Psal. 13.
Curanda summa puritas animæ, in quam
venturus est Eucharisticus Deus. Exigit hoc
summa puritas, & Majestas holpitis. Expen-
dit enim, quis ad quem ingreditur? Si Ma-
trem, quæ conceptura erat Filium Dei, de-
bet tanto puritate nitere, quæ major infra
Deum excogitari non potest, t' ide m' decet, qui
eu' dem excipis. At paritas, non est soia ab

M. 6 omni

HEBD. II. POST PENT.

perfectiones; ita ut sit unus Deus cum Patre, & in eo vivat, easdemque cum illo perfecti nescientibus; idem intelligere, idem velle, & operari: ita per Eucharistie sumptionem sis particeps, vita, & perfectionum Christi. Debet ergo idem cum illo sentire, velle, agere, pati. Esthet id unitus tibi Christus, nisi tu obstantas.

DOMINICA II.

POST PENTECOST.

Sanctissima Eucharistia est Coena magna.

Homo quidam fecit egnam magnam, & vocavit multos. Lue. 14. Eucharistia ega est, parata vespere. seu in fine faculum: sumenda in nocte obscura ad fidei lumen. Magna ab Editore Deo, à ferculis humanitatis, ac Divinitatis Christi; à convivis omnibus fidelibus, à ministris Angelis. Omnia magna sunt; tu solus parvus es, & indigous: & tamen te quoque Homo, Deus ad illam invitat. Hac totam famem, fitimque applica: **C**ne desideres de cibis ejus (mundi, & carnis in quo est panis mendacit. Prov. 23.

2 Et exponunt simul omnes excusare, seu refutare: Domini bonitas est omnes admittentis; seu cuiusque malitia est, scipsum excuscentis. Tria excusationum genera inducuntur: In emptia villa dominario, & superbia notaria. S. Aug. ser. 33. de Verbo Dom. In emptis bobis avaritia, aut quinque sensus, qui nos ad terrae trahunt. In ducta uxore, carnis voluptates, Priora rogant se excusari: tamen venire con-

te-

HEBD. II. POST PENT. 235

temunt. Humilitas sonat in voce, superbia in actione. Gregor. hom. 13. Tertius folus ait; Non possum venire: quia amicus ad valupates propensus, infirmus est, & invalidus ad exercienda, qua Dei sunt. Cyril. Alex. lib. 4. de Ador. Haec tria plerunque sunt, quae si te non abstrahunt a coena, fructum imminuent. Vide, ne recuses.

3 Tunc iratus Pater familias dixit servo suo: Exi et in plateas, & vicos civitatis, & pauperes, ac debiles, & ego, & claudos intraduc huc. Ibid. Merito irascitur Dominus, cuius tanta humanitas, tantum beneficium respicitur. Pauperes, & debiles dicuntur, ait S. Greg. hom. 36. qui iudicio sui apud sennitipos infirmi sunt. Quam ille ardet habere convivas: quam tu languide accedis! Ille undequare conquirit, nec aversatur infirma mundi. Non avertitis infirmitate tua: quia, quam vocaveris, dignum facit, si sequatur. S. Ambr. l. 1. de pen. cap. 6. & sanat omnes infirmitates tuas.

FERIA II.

De dispositione ad SS. Eucharistiam sumendum.

In sole posuit sobernaculum suum. Psal. 13. Curanda summa puritas animæ, in quam venturus est Eucharisticus Deus. Exigit hoc summa puritas, & Majestas holpit. Expedit enim, quis ad quem ingreditur? Si Matrem, quæ concepera est Filium Dei, debet tanto puritate nitere, quæ major infra Deum excusat? non potest, t-ide m debet, qui eum dem excipit. At paritas, non est sola ab

M. 6 omni

omni peccato immunitas, sed etiam affectuum purgatio, & virtutum ornatus. Poteris sic te mundum dicere? Quanto labore adhuc opus est, ut huc pervenias? pervenies, si serio voles. Dic cum leprolo Matt. 8. Domine, si vis, poteris me mandare. Confide, extendet manum tuam, & dices: Vole: mundare.

2 Vincenti dabo edere de ligno vita, quod est in paradyso. Apoc. 2. Id est, ut ait Richar. à S. Laur. de land. B.V.lib. 12. quod est in Ecclesia militante per praesentiam corporalem in Sacramento Altaris. Ut hoc fruaris mysterio, necesse est, ut te vincas, & appetitus rationi, rationem Deo subiicias. Non satis ergo dignè accedis, si te non vincis. Quantus tibi in te ipso vitoriarum campus! superbia, ambitione, tui glorificatione, vano glorie cupiditas, ira, impatientia, languor in spiritu, tepiditas, & alia, quae tu nolli. Haec devince, & dabitur tibi de ligno vita. Quād alias es, si quoties ad hanc escam accessilis, vel unum ex his hostibus subjugabis!

3 Ecce ego plauam vobis panem de calo, & egrediatur populus, & colligat. Exod. 16. Promittitur hic manna, figura Eucharistiae, & quidem ad instar pluviae super iustos, & iugulos cadentis. Quia bonitas Dei tam prodige largientis, sed ut eo potiari, necesse est te egredi. Unde? aut quo? Respondet Rupertus lib. 3. c. 21. in Exod. De pristina conuersatione, de veris factis vita. Nondum enim deposita vetere homini, non est nobis hoc manna colligere. Expende, quād vivat in te vetus homo, quanta in eo occidere debebas, ut induas nouitatem vitæ.

FERIA III.

Item de dispositione ad SS. Eucharistiam sumendam.

¹ **P**uperes ejus saturabō panibus. Psal. 131. Felix paupertas, quæ sola, ut ait Ruper. in c. 6. Joan. edit magnam elemosynam Regis Regum, quam dat ipse; non aliam, quam seipsum. Datur ergo ille panis, ut elemosyna magni Dei. Exinanire, exinanire, ut pauper fias illa dignus. Elice amorem saeculi, & vanitatem ejus. Indigne elemosynam accipit, qui dives est: indigne Eucharistiam qui saeculo afficitur. Scito, qui exstant, te pauperes, implet bonis, ille divites dimisit inane. Et haec est forte causa tam parvi fructus à te relati, ex tam frequente hujs mysterii sumptione.

2 Si quis sit, veniat ad me, & bibat. Joan. 7. Sitis quendam & fames, ac vehemens desiderium afferendum est ad hunc cibum. Fons ille Sacramentalium gratiarum non patet, nisi scienti: Sicuti dabo de fonte vita. Apoc. 6. Operes namque ait Bern. fer. 31. in Cant. ux. sancti desiderii ardor, procedat fuscum ejus ad omnem animam, ad quem est ipse venturus. O tepida anima! nonne sacrilegium crederes naufragare cibum istum pretiosissimum? certè proxima naufragia es, si non desideras. Excita ergo, quoties accessura es, servens desiderium, quod nascetur ex actuali fide dignitatis hojus cibi, amoris in te Dei, fructuum ex Eucharistia dimanantum, &c.

3 Cum invitatus fueris ad nuptias, recumbens in novissimo loco, Lucx 14. Ad nuptiale con-

238 HEBD. II. POST PENT.
vivum Dei se tibi desponsantis accessus es :
quis tu ? quis ille ? Agnosces in eis majella-
te tuam indignitatem ? sed dignus fieri po-
tes , si corde sincero sis humilis . Respergit
humilitatem ancille sua . Luc. 2. ut ejus sa-
cratissimum uteum subiret : non despiciet
tuam humilitatem . Et quanta te deprimen-
di materia , si bene expendas , quis tu ? quis
ille ?

FERIA IV.

De effectibus SS. Eucharistie sumptus .

1 **A**ccedite ad eum , & illuminamini . Ps. 33.
Accedentium ad Christum fructus
est , quod intellectu illuminantur ad cognoscendam
altissima mysteria . Ipse lux est , qui
illuminat omnem bonanem . Joan. 1. Expende
tenebras tuas . Heu quantum ad Divina cecu-
tis ! scisne , quod in fractione panis aperte sunt
oculi Discipulorum . Luc. 24. Ecce idem co-
citatia tua medicus est . Idem , quod ex ceco
olim Hierichontino , ex te queritur : Quid nisi
vis faciam . Loc. 12. O benignitas prævenien-
tis ! dic fideotem cum codem : Dominus , si vi-
deante , videam me .

2 **Q**uis replet in boni desiderium tuum , ren-
ebitur , ut aquile , juventus tua . Psal. 102.
Sensest , anima , cum ad virtutem languet :
juvenescit , cum viget . Senes hoc frequenter
& tu occuparis : sed in novitate vite ambulan-
dum est . Ut renovetur autem juventus tua , ap-
petitum remedium est , ut Deus replete in te
nisi desiderium tuum . Si ergo per S. Hieron. in
c. 3. Ezech. hoc salutem habemus in praesenti se-
culo bonum , si vescamur carne Domini , ex hoc
digne

HEBD. II. POST PENT. 239
digne sumpto juvenesces . Aestima , lauda , ama ,
ambela , & quoties accedis , aliquid veteris ho-
minis depone .

3 **E**surgens MARIA abile in montana cum
fessinatione . Luc. 1. affectus hic iuit concepti
Dei . Quo enim jam Deo plena , sit Ambitib.
2. in Luc. nisi ad superiora cum fessinatione
concederet . Eundem accipis in Eucharistia ,
quem Virgo concepit . Idem in te , nisi tu obli-
tas operaribus : ut ardente voluntate ad ardua
virtutum contendas , & quidem magna fessina-
tione ad apicem perfectionis pervenias . Coo-
perate id desideranti Deo , ne te semper per
tuum languorem in imo reperiatur . Elevabit te
Deus , sed non sine te .

FERIA V.

De aliis Effectibus SS. Eucharistie sumptus .

1 **P**anem Angelorum manducavit homo .
Pf. 17. Dicitur SS. Eucharistia Panis
Angelorum , non quod Angeli ea velantur ,
sed quod homines sumentes veluti Angeles
efficiunt . Ita Hugo Card. in cap. 33. Proverb.
Datus est hominibus , ut sint Angeli . Quia tua
est felicitas , si has veluti corporis expers totus
spiritualis , tentationum immunitus , expers
passionum . Certè si nondum factus es talis ,
tu impediisti . Et quae haec tua infania , cum
possis , nolle ad Angelicam perfectionem eva-
dere .

2 **Q**uoque autem repperimus eum , dedit eis
potestatem filios Deificari . Joan. 1. Effectus San-
ctissimæ Eucharistie est , ut te faciat filium
Dei , non quidem naturalem , sed adoptivum .
Per quod simul intras in jus hæreditatis .

scimus

enim Fili. Deisimus, & heredes. Rom. 8.
Omnia dignatio! expende, quem Patrem habecas? quem fratrem, quo affectu, reverentia, fiducia in eum ferri debeas? sed quam degener tu fuisti haec enim filius, & frater? non te pudet? Sed quid eris in posterum, ut dignè Patrem voces Deum, Fratrem Iesum?

3 *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me maneat, & ego in eo.* Joan. 6. Altius ascendit dignitas, quam per S. Eucharistium obtinetur. Non tantum fīs filius Dei, sed unum cum Deo, ut is in te maneat, tu in illo. Sed necesse est ad hoc, ut moriar in te, quidquid tu es, vivat solum, quod Deus est. O quando erit illud tempus, quo cum veritate dicere possum. *Vito ego, jam non ego, vivit vero in me Christus.*

FERIA VI.

De infinita Dei perfectione.

1 *E*x ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Rom. 11. Quidquid concipere potes perfectionis, bonitatis, sanctitatis, pulchritudinis, sapientiae, potentiae, felicitatis, &c. hoc in Deo est infinitè perfectiore modo, quam tu concipiias. Ex hoc, & per hunc sunt omnia, & aliquid perfectionis habere videntur. **O** Deus meus & omnia! tu es esse necessarium à te ipso: omnis creatura nihilum necessarium ex ipsis. Quid ergo amorem ad nihilum converto, à te avertio? Tu es Deus meus, & solus dignus amore meo. Felix ego, si tante maiestati dignè possim servire.

In ipso sunt omnia, non tantum eminentiā modo effendi, sed etiam ut in Idaea, seu exemplari omnis perfectionis; præsertim vero intellectuallium creaturarum, quas ad imaginem, & similitudinem suam creavit, & usque modò per conservationem ad eandem similitudinem efformat. Quam eximūm tibi propositum est exemplar, quod imiteris? Lauda, gratias age, ama. Sed confer vultum animæ tue cum illo: proh quantum ablutus! Admittere ergo Deum affidue intueri: exire, quod modo refers: refer cum, quem debes.

3 *In ipso sunt omnia.* Perfectiones illæ omnes innumeræ per creaturas dispersæ, in Deo sunt unica, eademque res, quæ est sapientia, bonitas, misericordia, &c. sine omni compositione, sine omni distinctione: unde quæ unum sunt, & in eadem unitate multa, magis Deum referuntur. Etsi tu unus, unitate intentionis? Unam forte habes, sed non eadem unitate multiplicem; sed diversas, & pugnantes; placendi Deo, & hominibus; serviendi sensibus, & Deo. Unam habe, qua Deum respicias, sed idem opus ex pluribus virtutum motivis age: erit uatum opus, multiplex perfectio.

SABBATO.

De sapientia Dei, & sui ipsius contemplatione.

4 *O* Mnianunda, & aperta sunt oculis ejus. Hebr. 4. Scit enim, quidquid sciri potest; quidquid in Deo est, quidquid extra Deum conditum est, aut condit potest, & ipsa cor-

242 HEBD. II. POST PENT.

cordium secreta , sapientia inventrix omnium , quæ in mundo sunt , & disponens omnia in numero , pondere , & mensura : in cuius comparatione omnis Angelorum scientia est mera ignorantia . Crede , aestima , lauda , ama , spera in omni calu adiuenturam tibi temedium : configna te illius sapientissima dispositio . Imitare nihil agendo temere , sed adhibita consideratione . Attende quid agas , quia Deus videt .

³ Non est nulla creatura invisibili , in conspectu ejus : Ibid. non tantum quæ fuerant , sunt , aut erunt , sed etiam quæ non erunt quidem , sed effent tamen , si conditio aliqua ponetur . Hac scientia composuit verba gr. te , cum omni tempore , loco , & circumstantia possibili , & vidit , quid in quaque circumstantia acturus es . Quid non debes ergo Deo , quod te non produxerit ex parente Idololatria , in tempore , & loco infidelitatis , non conjuxerit in circumstantiis , in quibus certo eras perituras , &c. ? Lauda , magnifica , ama , time , si forte aliquam circumstantiam videris , quæ es eum derelicturus , quæ forte à te ipso , à tua gratiam acceptandi negligenter deperireat .

³ Considera primum esse entiale , & necessarium objectum Divina cognitionis esse Deum ipsum , quoad essentiam , attributa , perfectiones omnes tam absolutas , quam personales : Ex hac cognitione erit sui ipsius infinita estimatio , amor , gaudium , & beatitudo . Hec cognitio immutabilis est , & eterna : & cum tanta codem temporis momento molliatur , à sui contemplatione minquam avocatur . Lauda , adora , &c. Hoc quoque sit tuum primum objectum .

Vide ,

HEBD. III. POST PENT. 243

Vide , ut ab ejus contemplatione non quavis musca avoceris . Per ejus contemplationem eo tende , ut magnam de eo estimationem concipias .

DOMINICA III.

POST PENTECOST.

De Potentia , & Dominio Dei .

¹ M Irabilis potentia ipsius . Eccles.43. quia infinita est , & potest quidquid de se est possibile , mandum hunc , & infinitos alios de nihilo condere , destruere , annihilare : à qua omnis vis est castrorum secundarum , in cuius comparatione omnis alia potentia est mera infirmitas . Admirare , adorare , benedic , aestima , implora hanc in tuis necelstibatus . Junge te humili confidencia huic omnipotentiæ ; et si ex te nihil possis , omnia poteris ea corroborante .

² Tu , Domine universorum , qui nullius indiges . 2. Mac. 14. Supremus , absolutus , necessarius , eternus omnium Dominus est , tam dominus jurisdictionis , quam proprietatis . Primum quidem titulo creationis , ex nihilo ; à quo proinde res omnes essentialiter dependent , secundum omnia , quæ sunt , & possunt . Agnosce te opus manuum ejus . Offer illi , quidquid es , quidquid potes . Sive te deprimat , sive elevet , sive affligat , sive soletur ; Dominus est , faciat , quod ei placuerit est .

³ Dominus omnium est : Esth. 3. Alter absolutus , & supremi Dominii titulus est (ut infinitos alios taceam) conservatio continua

il-

244 HEBD. III. POST PENT.

illius esse , quod per creationem dedit , qua
nos continuo producit , & esse communicat ,
ac suspenstis tenet creaturas , nè rursus in
abyssum nihil corruant . Hinc omnes tuae
actiones Dei sunt : nec licet tibi potentissimis tuis
abutis . Injuriam ergo ei facis , si his ad tuam
gloriam , ad tuum communum magis utaris ,
quam ad illius . At quoties id fecisti ? Hinc
ulterius omnes tuos affectus debes illius affec-
tibus , ac voluntati conformati .

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

F E R I A II.

De sanctitate , & immutabilitate Dei .

Sanctitas ex S. Dionysio , est mundi-
tia ab omni immunditia libera , perfecta , &
eternis immacula . Cogita sanctitatem ejus
ad intra in infinita cognitione sui ipsius ,
que est generatio Verbi : in amore infinito
sui , qui est productio Spiritus Sancti ; in
gaudio , quo in se , de se frutorum , quid hic
non infinitè distat ab omni macula ; Excla-
ma viva fide , gratulatione , adoratione , tui
confusione : *Sanctus , Sanctus , Sanctus* ,
Apoc. 4. Imitare Dei sanctitatem , ama puri-
tatem , execrare immunditiam in cogitatione
nibus , in affectibus tuis .

Sanctus in omnibus operibus suis . Psal.
144. Cogita sanctitatem ejus ad extra , que
relectet in operibus ejus : que five confide-
res in scriptis ; five ex sine , quo à Deo sunt ,
sancta omnia sunt , puri , & immaculata ,
ita ut nulla possit imperfectio intervenire ;
hoc ipso , quod à Deo sunt . Indò non po-
test non omne malum , quod sanctitati con-

tra-

HEBD. III. POST PENT. 245

trariatur , immutabili , & æterni odio pro-
sequi . Lauda , glorifica , ama , detestare om-
nes animi tui maculas , opera tua redde im-
maculata .

Ego Dominus , & non muter . Malch. 3.
Amat , odit , operatur liberè , nec tamen
mutatur , gubernat universum , eodem mo-
mento se omniorum rerum motibus impendit ,
producit , ac destruit infinita , & tamen illi
temper idem : Blasphematur , injuriis affici-
tur infiniti , & non turbatur . Admirare ,
lauda , pete hanc perfectionem , qui minimo
moveris . Ut imiteris , tolle ex animo im-
moderatos motus , extermina præcipites ges-
sus , alterationem vocis , alperitatem val-
tus , &c.

F E R I A III.

De amore Dei , quo se , & nos diligit .

Deut. Charitatis eff. 1. Joan. 4. Quia se
comprehensivè cognoscit esse summum
bonum sine omni admixtione mali , se
quoque infinitè amat per Spiritum sanctum ,
qui est amor substantialis . Hinc lex æternum
laudat , & quidquid operatur , ad uicem
suum gloriam referit . Huc etiam me , mea-
que omnia dirigit . Quàm altè me evehit De-
us . Sed quantum ego ejus intentioni sum re-
luctans , operationes meas ad meum hono-
rem , meaque commoda retroquendo .

Ipse enim Pater amat nos . Joan. 16. quia
omnia , que fecit , cognoscit esse bona : hinc
sibil edit eorum , que fecit . Quia ergo amat ,
& amor est quadam effusio loci in amatum ,
se quoque nobis communicat , conferendo
esse

146 HEBD. III. POST PENT.

esse naturale, facultates corporis, & animi, gratiam, & dona supernaturalia; esse suum personale naturae humanae, scipium mthi in Eucharistia, Admirare, lauda, gratias age, ama, ob eos fines, ob quos te Deus amat: impende dona ad eos vius, ad quos dedit.

3 Omnia, quæcumque volatis, fecit; Psal. 144. Cum le tot modis communicat, non facit id ex necessitate, aut coacte, sed liberè ex sola sua bonitate, ac amore. Deinde nihil inde sui emolumens querit, qui nullius est capax. Admirare, lauda hanc benefaciendi propensionem, gratias age. Confundere, quod nisi coactus vix reddas obsequia s' quod tua in omnibus queraris commoda. *Dic cum Psal. 113. Voluntatis sacrificabo tibi.* Et Psal. 113. Non nobis, Domini, non nobis, sed nomen tuum da gloriam.

FERIA IV.

De Suavitate, Misericordia, &
Justitia Dei.

1 Sicut Dominus universus. Ps. 144. Leges nobis imponit, sed viribus commen-
surat, & ad obsecrationem eorum gratia sua
juvat, & nobiscum cooperatur: non nec-
essitate, sed gratia inducit; non exigit à po-
bis omnia, quae possidamus, quod utique ac
supremus Dominus posset: errantes amanter
revocat, &c. Lauda, adora, ama, coniun-
dere quod in proximum sis asperior: quod plu-
ra ab illo exiges, quam Deus. Imitare ver-
borum lenitatem, suavitatem mortuum religiosa,
non affectata.

*2 Et miserationes ejus super omnia opera
ejus.*

HEBD. III. POST PENT. 147

eius: Ibid. Et si in Deo perfectiones omnes sunt aequales, quia sunt ipse Deus, quoad nos tamen, & in ordine ad affectus, supereminent misericordia, qua sublevat omnes miseri-
tias nostras corporis, animæ, necessarias, ac liberas, vel præveniendo, vel cruento, vel coadiuvando, & consolando. Quantam in peccatores exhibet quotidie, qui diffimu-
lat peccata hominum. Sap. 11. & expectat penitentiam! Quanta in te? Quid ei debes? Lauda, adora, fiduciam concipe exemplo si-
lii prodigi.

3 Uicissons in omnes adiunctiones eorum.
Psal. 98. Et ut misericors sit Deus, est tamen etiam justus vindicta. Infinitè sanctus pecca-
to lèditur: id est punitione injuriam reparat. Nullum est seu in iustis, sive in repro-
bis, seu grave, seu leve peccatum, neotio-
sum quidem verbum, cuius prenatum non
exigit. Quia non decet ejus majestatem impunè laedi: Hinc morbi, mors, bella, pe-
nis, &c. sunt prenata peccati. A Deo ergo accipiendæ ad expiationem fecerum, quia
eo in te & eo discernuntur. Admirare, lau-
da, time Justitiam, quæ nulli parebit. Imita-
re sumendo de te ipso ponens, acceptando
humili, & hilari animo, quis Deus de te
sumit, &c.

FERIA V.

De Providentia Dei.

1 Dominus regit me, & nihil mihi debet. Psalm. 22. Providentia est ordina-
tio, & applicatio mediorum, quibus Deus
quamlibet creaturam ad suos fines vult de-
du-

ducere. Ab hac nullam excludit creaturam, cui aequaliter cura est de omnibus. Sap. 6. Nou milcam, non vermiculum, non improbus, non Atheos, &c. à quibus gravissime offenditur. Quamque creaturam ita curat, quam ex unica entaret in universo: Recogita, per quae media tediumerit; quam suaviter, quam efficiaciter. Ubi potes esse securior, quam si te totum Divinitate providentiae committas, quid corpus, animam, locum, &c? Quam spem potes concipere, si ejus dispositiones non oblitias?

2 *Vox ergo gratias de me malum, sed Deus erat in bonum.* Gepel. 30. Providentia sua Deus immicet res adversas, famem, pestem, bellum, tentationes Dæmonis, persecutions, morbos corporis, afflictiones anima: sed facit, ut diligenter Deum emmis cooperetur in bonum. Josephi venditi recordare. Utitur enim illus ut mediatis ad suos fines. Adhuc eius omnes dispositiones. Nec fallitur Sapientia, nec fallit Bonitas. Nihil tibi acciderit, quod tuo non sit emolumento, afflictionem ergo excipe à Deo late, hilatique animo. Et die cum Filio Dei: *Cae sicem, quem dedit mihi Pater,* bibam illum, Joan. 13. & posthac: *In manibus tuis ferrea.* Plal. 30.

3 *In pace in idipsum dormiam: quoniam tu Domini, singulariter in specie confituisse me.* Psal. 4. Qui omoem spem suam fundat in Dei providentia, ideoque se totum illi commitit; verè dormit, & quiete in summa animi tranquillitate, in cordis iudicitate, que nullo rerum eventu turbatur: Et quanta hac voluptas? Hac propria est libertas filiorum Dei. Omnes ergo sollicitudinem suam pre-

FERIA VI.

De Immensitate, & Præsentia Dei.

Celum, & terram ego impleo. Jere. 25. Ubi spatium quocunque est, immo ubi quocunque fingi potest, ibi Deus est. Nusquam ergo tibi tutæ sunt latæbra à facie ejus. Quia fugis, Deus est. Ubi latet, Deo patet. Ubique pariter Deo frui potes. Si Deum queris, invenies eum in omni loco, ad quem te destinat obedientia. Nullus illi tam viles est locus, in quo non sit: & cur tu fugis?

Celum, & terram ego impleo. Cogita modos, quibus Deus est ubique. 1. Per es- feuntiam secundum suam totam Divinitatem. Hic ergo, ubi ego sum, est Pater, generatur Filius, spiratur Spiritus Sanctus, &c. Ergo nunquam sum solus. Ergo semper habeo, cum quo amicè versari possim. Ergo ubique Deum revereri debeo; ergo ubique timere. 2. Per præsentiam, non veluti mortuum, sed advertens, & cognoscens omnia. Adeò oranti, tentato, afflito, bonum ope- ranti. Credere, amare, confide, illius filius oculis placere stude. 3. Per potentiam; ubiq[ue] enim operatur, conservando, coagendo, &c. Non desponebo ergo animalium in ad- versis, quoniam tu mecum es; tu adjuvas infirmitatem meam.

3 *Non est præcul ab unoquoque nostrum.* Ad. 17. Cogita, etiam tibi Deum esse præ- sentem, longe intiuimus, quām sit ipsa tua anima. Intra te est Pater, Filius, Spiritus N San-

430 HEBD. III. POT PENTEC.

Sanctus ac tota Divinitas, per essentiam, praesentiam, & potentiam. Iesus Bonitas dat tibi esse, Sapientia intelligere, Omnipotentia agere, &c. Gaude, admirare: confide, ama, Deum intra te ipsum quere: stude, ut sis dignum ejus Majestati habitaculum; ne ei displaceas, quem semper tecum habes.

SABBATO.

Jesus baptizatur à Joanne.

Tunc venit Iesus à Galilaea in Jordanem ad Jeannum ut baptizaretur ab eo, Matth. 3. Considera Christi humiliatem. Qui formam peccatoris assumperat induit etiam penitentem. Non es, nec esse potest peccator, & haberet non pensum habet. Vitam activam ab humiliitate auspiciens. Admirare, lauda, gratias ago pro exemplo. Imitare. Cura, quis sis, non quis habecaris. Quae cum proximo agis, in humiliitate funda. At Joannes prohibebat cum dicens: Ego à te deo baptizari. Et tu venis ad me. Ibid. Agnoscit eo momento Christum, quem nondum viderat. Hinc reverentia, admiratio yenientis ad se: humiliatus te baptizabo inde propositus. Tantum est formel nolle Deum, si nitereris bene Deum nolle, quantum illa cognitio exciteret. Auctor?

Respondens autem Iesus, dixit ei: Sint modò iuste enim deces nos impleverunt iustitiam. Ibid. ut tu baptizess, ego baptizer: ego me demittam, tu obedias. Ergo omnis iustitia, seu sanctitas continetur humiliata, & obedientia. Nondum bene hanc veritatem

45

HEBD. III. POST. PENT. 431

et assicutus. Nunc igitur subiicere non tantum majori, aut æquali, sed etiam minori, exemplo Christi.

Tunc baptizatus autem Iesus, confessus ascendiit de aqua: Et ecce aperti sunt calii. Matth. 3. Tria post Christi baptismum evenere. 1. Cœli aperti sunt. Ex clavim, quæ tibi corium retebat, humiliatem: quia humiliibus datur gratia, gratia est semen glorie. Aspira ad cœlium. Sed scito, quod vim patitur, quam tibi inferas te deprimento. 2. Vidi Spiritum Dei descendente sicut columbam. Ibid. Ita humiliantem se Spiritus Dei honorat. Non nega ei gustum, quem dare potes per tuam humilitatem. At venit super humiliem in specie columbe puræ, & innocentis: quis humiliatis conservat innocentiam. 3. Audita est vox de cali, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi placuit. Ibid. Qui se inter peccatores abiicit, declaratur filius Dei. Testatur Pater, sibi Christum placere in hac humilitate. O si tibi diceret DEUS: Tu es filius meus dilectus, quantum exultares, amares, &c.? At dicit, si te cum Christo humiliaveris: quia humilia respexit, & alta à longè cognoscit.

DOMINICA IV.
POST PENTEC.

CHRISTUS in desertum secedit.
& tentatur.

Tunc Iesus duabus iustis in desertum à spiritu; Matth. 3. utique sancto; non
N 2 VAND 3

255 HEBD. IV. POST. PENT.

vano, non mundano. Filius, & Filiī Dei Spīru Dei aguntur. *Ductus est in desertum*, non in frequentem civitatem, ut fugiat plausum, quem forte dedisit populus motus referente cœli, descendens Spīritus, & voce audita. Quo tu spīritu duceris, aut potius raptaris? & quorsum? Confundere, & sine te à Spīritu Dei egredi, ab hominum frequentia, ad summam laudum, & plausum. *Ut tentaretur à Diabolo*. S. Ambroſius in Læc. *Ut Diabolus pretergat*. Hic finis illius fecellus fuit. At cur tentari voluit Dei Filius? Ut discat tentationes etiam in filios Deicadere, ne in tentationibus pofillanimis has. 2. Ut habeas vincendi Magistrum. Aſſume animos; & ut vincas, exemplo Chriſti pugna.

3. *Et tentabatur à Sabana*. Audet Diabolus, quia D E U S permittit, qui prohibere poterat. Quanto plus audebit in te, qui prohibere non potes. Sta in timore. Ex occasione famis arripit flatim occasionem, cum gula tentandi. Ita vigilat in omnem occasionem nocendi. Disce vel ab ipso Diabolo vigilare in id, quod tuę est profellionis: vigilare in omnem occasionem mali, non tibi noceatur.

3. *Accedens tentator duxit ei*: *Si filius Dei es*, &c. in tribus his Chriſti temptationibus adverte, quibus potissimum argumentis, seu fraudibus uti soleat. In prima, quia famet Christus, perſuaderet vult necessitatibus cibi. In secunda, ad precipitum follicitat sub specie boni, quod DEU S per Angelos allisset. In tertia regna mundi tantum ostendit, cum dare non possit, & imaginationi tanquam quid magnum obicit. Reflecte te, an non sub specie necessitatis, aut boni, tetu paſſio

HEBD. IV. POST PENT. 253

sio seduxerit? An non afflimeris magni, quæ apud DEUM nihil sunt, &c. *Qui respondens dixit*: *Scriptum est*. Considera, quid Chriſtus egerit. 1. Statim refutit tentatori. Noli cum tentatione tricari. Facile vincitur, qui principio non refutit. 2. Reicit uno verbo: *Scriptum est*: obiciendo id, quod DEU S mandat. Dic & tibi intentione prohibet DEU S: plectit DEU S, & aeternum. Tunc accedent ad te Angeli, seu vera consolationes spirituales.

F E R I A II.

De tribus temptationibus, & victoria Chriſti.

Si filius Dei es, die, ut lapides iſi panefiant. Matth. 4. Incitat Chriſtum ad inordinatum affectum cibi per miraculum quaerendi. Chriſtus huic tentationi obviat per generolum contemptum. Non in solo pane vivit homo: quali dicat, se hoc medium contempnere, cum alia supersint plura. Ita obviandum est temptationibus sensus. Felicius contemnes, quam posuisse luxurias. Aliae sunt voluptates homine dignas; item dignare.

Si filius Dei es, mitte te deorsum, &c. Ibid. Est tentatio vanitatis specie boni, seu confidentiae in Deum testa: Huic obviat: Non tentabis Dominum Deum tuum. Larvam detegit, & ostendit esse tentationem, quod ut bonum obiciatur, ut confidat Deo se precipitando. Ita obviandum est temptationibus specie bonitatis. Non flatim fanum aestimavimus, quod speciem boni habet:

N 3 fed

HEBD. IV. POST PENT.

sed examina fines , intentionem , circumstantias . Quoties sic aberrasti ?

3 Hec annis tibi dabo , si cadens adoraveris me . Ibid . Impudentissima haec est ambitionis tentatio , per quam cultus Deo debitus creaturae tribuitur . Hanc cum indignatione repellit . Vade Sarvana . Ita indignare temptationibus , quae Dei honorem violant , quae affectum ad creaturas rapiunt . Dic magno animo : Domum Deum meum adorabo , & illi solo serviam . Vide etiam quanti scilicet daemon peccatum mortale , ut omnia regna pro uno proponat . Tantum fac salutem tuam .

FERIA III.

Testimonium Joannis de Christo .

Miserans Iudei Sacerdotti , & Levitas , ut interrogarent eum , tu quis es ? Jo . 1. Vitæ austeriora , sanctitas , & zelus , magnum nomen Joanni fecerant . Hinc orta querlio , an ipse Christus sit . Magnum nomen quod plus queritur , minus obtinet , sanctitatem vitæ sequitur sponte . Ad hanc obtinendam omnium prederit sapere quarteto . Tu quis es ? & respondere libi . Non sum ego Christus : agnoscere suam vilitatem , abjectus de se sentire , & loqui . Humilitas enim est fundamentum sanctitatis .

2 Quid ergo ? Elias ei tu ? Eras dicitur : Non sum . Ibid . Poterat Joannes & Elias , & Prophetas nomen acceptare , qui à Christo dicitur fuerat spiritu Elias , & plusquam Prophetas : quia tamen id etiam negare poterat , responsum illud elegit , quod ad sui contemptum magis facit . Haec veræ humilitatis est regula . Quo-

mo-

HEBD. IV. POST PENT. 255

modò tu eam observas ? Quid Joannes de se ? Ego vox . Quid tu de te ? Nihilum te fortificis , sed non lentis , & id ipsum , quod dicas , vis non credi , & sub pallio humilitatis tegis superbum . Confundere : & postea non reuinias teo per superbiam . Ut num enim tantum habet pedem superbis ; hinc facili impulsu proflernitur .

3 Quid ergo baptizas , si tu non es Christus , & ipse es , qui post me venturus est , qui antea factus es , cuius ego non sum dignus , ut sollem eum corrigiam calcamenti , Ibid . Effunditur in laudem Christi , & per sui honoris dispendium , honorem Christi alterit . Confer tecum Joanne . Quam tu parcus in aliorum laudes ! quasi tibi decedat , quod alterius meritis tribuis ? quam ambitiosus tuarum , quas etiam non roceris ? quam facilè , ut tuum cutes , honorem Dei negligis ?

FERIA IV.

Alterum Joannis testimonium de Christo .

A Ltera die vidit Joannes Jesum venientem ad se , & ait : Esse Agnus Dei , quem vobis tollit peccata mundi . Joan . 1. Cyril . l . i . in Joan . c . 1. Propheta simul , & Apostolus , quem venturum predixerat , iam demonstrat presentem . Praetor constitutus primam oblatam praedicandi Christum occasionem arripit . O si & tu nullam sint res elabi occasionem Christum tibi , & alii manifestandi , laudandi , &c . & verbo , & opere ! Spera id futurum , si veniat Jesus ad te per gratiam , sine qua nihil potes . Si vidras tu Jescum , & cum reflexione advertas ad occasionem . Hoc ore Jescum .

256 HEBD. IV. POST PENT.

2. *Ere agnus Dei*; *ere qui tollit peccatum mundi*. Ibid. Expende ipsa verba testimonii.

1. Agnum vocat, ut reducat in memoriam illud; *Ego quasi agnus*, qui portator ad victimam. Jerem. 11. 2. Agnum Dei i quo ipsius divinitatem manifestat. 3. *Qui tollit peccatum mundi*, finem, ob quem venerit, offendit. Cogita hujus Agni manutudinem, patientiam, obedientiam. Vide, qui possit imitari, & te quoque illi victimam facere. Gratulare mundo, & tibi, quod tollat peccata. Spem tuam solum in eum pone. *Ere*. Sæpius illum menti tuu obice; sæpius illum, ubi occasio est, alius demonstra.

3. *Ego vidi, & testimonium perhibui; Quid hic est filius Dei*, Ibid. Joannes venit in testimoniū; ut testimonium perhiberet, *vidi*, Testifatur, *hic est filius Dei*. Disce testimonium dare de proximo. 1. *Vide*, & obserua ejus virtutes, non defectus. 2. Ubi occasio est, laudatum, non te, sed dic; *ego infraeabam hanc virtutem*; ego sum longe illo infirmior; *hic est filius Dei*, quia habet spiritum Dei, ego vero spiritum mundi, & vanitatis, &c.

FERIA V.

Tertium Joannis testimonium cum fructu
Discipulorum.

Altera die iterum fabat Joannes, & discipulis ejus duo. Et respiciens Iesum ambulantes dicit; *Ere Agnus Dei*. Et audierunt cum duo discipuli loquentes, & securi sunt Iesum. Ex destinato Christus se exhibet, ut Joannes anfan habeat de Christo testandi, discipuli sequendi. Ita prævenit nos

gra-

HEBD. IV. POST PENT. 257

gratia; fed quoties non audimus! Joannes antlam arripit: tu nullam boni negligi. Plures cum Joanne fuerunt, duo tantum ad sequendum Christum moventur. Dei eis cor tangere. E quo millibus te Deus respexit? Agnosce beneficium vocationis: gratias age, time, nisi fastigias.

2. *Conversus Iesus*, & videns eos sequentes se, dicit: *Quid queritis?* *Qui discerunt et?* *Rabbi, ubi habitat?* Dicit eis, *venite, & vide-*te. Ibid. Intellige. 1. Christi respicientis gratiam. Sine hac ubi es? à te petit JESUS, *quid queris?* ut te invitet ad se querendum. At tu mundum, teplum, tua commoda queris? 2. Discipuli compellando JESUM, Magistrum, ostendente desiderium, quod habent ab eo discendi. Quem tu Magistrum habes? mundum, tuas pravas affectiones. Transi ad scolam Christi. Ita vive, ut in morte à Christo invitante audias: *Veni, & vide me in eternum.*

3. *Venirent, & viderunt, ubi maneret, & apud eum manserunt dicit illi*. Ibid. Vide, ut statim obsequuntur invitanti. Quid viderint, nisi meram paupertatem, & incommoda? Non quære JESUM in affluentia commodorum. Cogita hanc illius noctis conversationem, & discipulorum attentionem, & gustum. Confundere, quod tam facile te divinorum tñdeat, ut etiam horula spatiū cum Deo agendi tibi sit molestum. Etsi gustum querere non debebas sensibilem; habebis solidum, si permaneas cum J E S U. Qui cito satiatur, tepide cum Deo versatur.

N S F E.

FERIA VI.

Andreas Petrum ad Christum dicit;
vocatur Philippus.

Invenit hic (Andreas.) primum fratrem suum Simonem , & dicit ei , invenimus Melliam . Jo . 1. Entra fructus habite cum Christo conversionis : cognoscit Melliam & gaudent ab invento ; zelum concipit , fratrem suum ad eam cognitionem deducendi . Si contraria in te experitis , cogita , quod non solidè cum Christo per spiritualiter verteris & emenda . Quanta erit tua felicitas , si tandem invenias Melliam ! qui in eo habes omnia . Ut invenias ergo , danda sunt omnia .

2. Et adduxit eum ad Jesum . Intuitus autem eum Jesus dixit : Tu es Simon filius Jona ; et vocaberis Cephas . Andreas zelus Petrum adducens ad Christum : Petri promptitudo ad accendendum , quantum te contundunt . Tergiversatio ad divina est semper noxia . Aspectus Iesu cor Petri movet . O Iesu ! & me aplice tua gratia . Imponit nomen Petri , ut solidus sit , & constans . Et tibi nomen imposuit socii Iesu . Vide , ut nomen facta respondant .

3. Invenit Philippum , & dicit ei Iesu : Seque me . Ibid . Quæsitus discipulos in Galileam abiit , quæ inter Iudeas terras erat maximum radix , & ignobilis , ut non crederetur , sermo ejus esse in sapientia mundi . sed in doctrina Spiritus Sancti , ait S. Chrysostomus . Ubique ad magna humiles elegit . Attende vocationis verba : seque me . Quis ? quem ? quæ dignitas Christum sequi ? quo fervore id agendum ? quo tempo id agis ? &c.

SAB-

S A B B A T O .

Nathanael à Philippo ad Christum dicitur .

Invenit Philippus Nathanael , & dicit ei : Invenimus Iesum filium Joseph à Nazareth . A Nazareth potest aliquid boni effi ? Dicit ei Philippus : Veni , & vide . Joan . 1. Philippus agnitus Iesum vult & ab aliis ignorisci . Deum non fatis amat , qui ut ametur ab aliis , non laborat . Dubitat Nathanael ; quia putat à vili Nazareth nihil esse boni Iesu tamen elegit Nazareth in patriam : Ita amavit undeq' que vilitatem . Nihil tam humile , ubi Iesum non invenias . Veni , & vide , ad experimentum provocat . Qui Deum gustant , sciunt , quid sit .

2. Vidi Iesum Nathanael , & dicit : Ecce vere Israhela in quo delus non es . Dicit ei Nathanael : Unde me nesci ? Dixit ei Iesu : Cum esses sub sicca , vidi te . Offendi poterat Christus Nathanaelis dictio , quod nihil boni esset à Nazareth . Excusat hoc à sinceritate , sine dolo . Qui Iesum sequuntur , aliena dicta in bonum secundum accipiunt . Inde quietem non perdunt . Laudat Iesum Nathanaelem à candore animi ; Verè Israhela . Potuisse de te dici : Verè sine dolo ? Verè Religiosus , & non tantum aparens ? Denique absentem vidit Iesus , qui ubiquè te videt .

3. Respondit ei Nathanael : Rabbi tu es Filius Diri , tu es Rex Israheli . Egregia confessio ! Unde agnoscit filium Dei ? quia audit te vident sub heu , quod videat eum scire , quæ putantur occulta . Crede hoc de Deo , & in oculis

N . 6 . ejus .

260 HEBD. V. POST PENT.

ejus ambula, quia omnia videt. Tria de Christo proficitur. 1. Quod sit Magister. Estne etiam tuus? audis. & sequitur doctrinam e^rejus? 2. Quid sit filius Dei; ergo, & frater tuus. 3. Quid sit Rex Israel, seu filius Dei. Audire ejus mandata?

DOMINICA V.
POST PENT.

Nuptiae in Cana Galileæ.

Nuptiae sallæ sunt in Cana Galileæ, & erat Mater Iesu ibi. Vocatus s^rau^mto & Iesu, Joan. 2. Regulæ mensæ hinc defame. 1. Contentus est tenui mensa, qualis iuit hic pauperum sponsorum. 2. Tolera defecum cibi, aut potus: nam & hic vinum decerat. 3. Sit tecum Iesu, & MARIA, exempla modestie, sobrietatis: &c. Deinde adverte, quid Mater egerit: Et deficiente vino, dicit Mater Iesu ad eum: Vinum non habemus. Ad necessitates ponsi advertit, & Filio insinuat. Quid non spexisse magna Matre? Revelari illi necessitates animo^r tuæ. Illa proponet Filio: Vinum non habet fervoris, zeli, charitatis, consolationis, &c. Roga, ut tibi impetraret. Dicit ei Iesu: Quid mibi, & tibi est, mulier? nondum venit hora mea. 1. Dat Matri occasionem humilitatem, mulierem nuncupando, quia sciebat eam delectari. 2. Docet se ad horam à Deo præscriptam magis attendere, quam ad preces parentis, nec ante his obsequendum. Noli Deo præscribere tempus auxili. Sed confide; aderit cum venerit hora ejus. Multum lenit sua mala, qui cum he, & longanimitate sufficiet.

2 R^uda

HEBD. V. POST PENT. 261.

Quedcumque dixeris vobis, facite. Ibid. Beatissima Virgo à Filio, non Matris, sed mulieris nomine compellata; petitionis, ut videri poterat, repulsa passa tacet, inconfusionem tui amatoris, quem concipiis è quo-vis duriore verbo. Constante tua fiducia docet te repulsa passum non desperare. Tuum erit facere, quodcumque dixerit. Sola illa spes non confunditur, quæ operibus fulcitur.

Dicit eis Iesu: implete hydrias aqua. Ibid. Voluit dare indigentibus vimum: noluit prius quam data ab ipius aqua. Vult tibi benefacere, sed vult, ut conferas de tuo. Usque ad summum, ex parte tua agendum est, quidquid potes. Unde tam parum habes: nisi quia tam parum contulisti. Parum est in te vini consolationis, quia non implevisti cor aqua compunctionis. Dilaudatum fuit hoc vinum. Omnis bone primum bonum vinum posse: Tu autem seruasti beatum vinum usque adhuc. Mores Christi contrari sunt moribus mundi, & carnis. Hi post momentaneas delectationes offerunt vinum acerbum anxietatis: Christus præmit acerbitates, & post dat veras animi consolations. Elige utrum velis: sed cogita, quod postremum, est æternum fore. R

LIBERIA II.

De ejeclis è templo negotiatoribus.

Invenit in templo vendentes boves, & oves, & columbas, & nummularies sedentes Joan. 2. Sub prætextu habendi in promptu res

res sacrificii necessariis avaritia. Sacerdotum induxit in templum mercaturam. Cura divini cultus videtur, & est lucri; Atque ita locus Deo delinquitur sit stabulum. *Templum Dei est tu.* 1. Cor. 3. Quomodo se habet? nunquam praetextu boni regis amorem proprium? Cavet hinc incipit anima tua fieri stabulum suarum passionum; ubi amor proprio nimis concedis. Si quae illuc reperis animalia, examina, an non hac via intraverint, & forte jam fedeant.

2. *Et rām fecisset quasi flagellum de funie-*
lia, omnes exercit de templo. Ibid. Ostendit dominum, exerceat potentiam: Uimus, & contemptibile reputatus omnes percellit. Nemo se opponit, quia sub flagello agnoscunt Dominum. Agnotice & tu Dominum, cum te flagellat in anima, in corpore, in fama. Prendi ejus potentiam sancto silentio, & humili subjectione. Gaudie, quia hoc flagello elicit ex templo animae tuae terrena desideria, &c. Cogita etiam zelum, quem ostendit gloriae Dei, quem tu habes honoris tui zelum converte in zelum gloriae Dei.

3. *Et his, qui columbas vendebant, dixit;* au-
 ferte ista bina, & nolite facere dominum Patris nisi dominum negotiationis. Ibid. Habuerunt haec verba suam in Iudeo: vim, omnes enim sublati rebus suis disfugurunt. Quoties dictum tibi: tolle hanc passionem, hanc vanitatem, illum affl. dum: & adhuc fides in eo. Vide indignitatem. Si non times hic, quasi flagellum, time ibi verum flagellum.

F E R I A . III.

Colloquium Christi cum Nicodemo.

1. *Eras homo ex Pharisæis, Nicodemus nomi-*
ne: hic venit ad Jesum nocte. Jo. 3. Motus ea auctoritate, & zelo Christi, quem in mercatores exercuit, creditid Iesum plus esse, quam hominem. *Nemo enim inquit, potest ha-*
signa facere nisi Deus fuerit cum illo. Vide,
 quam zelus habeat administrandam vim animos a trahendi, etiam faustos. *Venit nocte ob timo-*
rem, & respectum Iudæorum, quod quidem
 tolerari potest in eo, qui Christum nondum noverat. Sed quomodo tolerabuntur humani res pedis in te, qui te ejus festatorem profiteris; Qui homines præ Deo respicunt, despiciunt a Deo.

2. *Et dixit ei scimus, quia a Deo venisti Ma-*
 gister: Ib. Creditio, & tu Christum venisse Magistrum? si credis, unde tam parum proficias: quia docentes non quiete audi: garrit enim cum vanitatibus, & terrenis desideriis. Auditio non credit serio, viva, & actuali fide. Credita non exerceas, semper languidus, ubi operandum est. Si vis prothrcere, haec emenda.

3. *Respondit ei Jesus:* *Nisi quis renatus fuisset,* &c. Ibid. Attende capita, quæ Christus docet. 1. Baptismum in aqua, & Spiritu Sancto, ob ejus necessitatem. 2. Incarnationem: *Sic Deus dilexit mundum,* &c. & passionem: *Sicut Moyses exaltavit serpentinum;* &c. quia ista sunt præcipua motiva amandi Deum; amorem imitandi. His etiam te accende. Adverte ad docilitatem Nicodemi, qui.

qui exinde se professus est palam discipulum JESU, constans perseveravit; & Apostolis fuga dilapsi corpus Domini de cruce depositum. Si amares, palam te profliteris posthabito omni humano repectus non attenderes doctrinæ mundi, &c.

FERIA IV.

Doctrina Trinitatis Nicodemo
a Christo tradita.

Sicut Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Joan. 3. Docet personam Patris, & eius in te amorem, quo major esse non poterat, et si Pater se ipsum probobis dedisset. Adora Patrem, agnoscere amorem, gratias age. Redde amorem, da illi quidquid sensu charum est, immo quidquid animæ elevatae. Illi potentias tuas omnes vicissim impende. Meretur; quis Pater est, etiam tuas, licet sis filius degener.

Lux venit in mundum, & dilucruntur hinc minores magis tenebras, quam lucem, Ibid. Docet personam filii sub nomine lucis; quæ scilicet illuminat omnem hominem doctrina celicilli, & exemplis. Vis esse filius lucis; sed tenebre tue hanc lucem non comprehendenterunt cogitatione, viva fide, & imitatione. Forte magis amas tenebras mundi, quam exempla, & doctrina Christi?

Spiritus, ubi vult, spirat, & vocem ejus audis; sed nescis, unde veniat, aut quid vadat. Ibid. Docet personam Spiritus Sancti. Credere, confidere, & adorare eum; audi vocem ejus, quia loquitur tibi per scripturas, per creaturas, per inspirationes, Integrati est, nescire, una

40

de veniat seu non attendere principis inspirationum, & gratis, ant quo vadat, seu non ad finem recipere, ad quem dirigit, ut cooperetis. Quam profundè tu huic misericordia es immeritus!

FERIA V.

Quatum Joannis de Christo testimonium.

Venerant (Discipuli Joannis) ad Iohannem, & dicerunt: Cui tu testimonium peribibisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Joan. 2. Tanguntur invidia discipuli Joannis. Hic affectus erat sanctos quoque invadit. Videntur in modo loquendi Iohannem Christi præferre, quia secundum sensum amabant. Praeterea tacite Deo, quidquid extra ipsum animas. Addant: omnes venire ad Christum, cum tamen actu multi venirent ad Iohannem. Invidio aliena felicitas est grandis, sua est nulla. Ab sit a te invidia, sed temula- re charismata meliora.

Qui habet sponsam, sponsus est; amicus autem sponsi, qui audit eum, gaudie gaudet propter vocem sponsi. Ibid. Non movetur diligens Discipulorum ad indignationem, minus ad invidiam; non approbat eorum sensum; sed Christum Messiam, & Sponsum Ecclesie prohetetur; se amicum illius ait, & idem gaudet de ejus gloria. Quis tuus es sensus in gloria alterius: probante, si crebat? juvabat? ut exalteatur? Facies, si amicus sis amore veritate Christiano.

Illum spernet cresceret, me autem minor. Ibid. Multa ibi elogia attribuit Christo: sed omnia hic confert, ut exalteatur gloria Christi.

Christi, ipse vero deprimatur. Vide duas bases, in quibus te stare oportet; in zelo gloriae Dei, & humilatione tui.

FERIA VI.

Joannes incarceratur.

Hecederat nix, ac renuit Joannem, & vinxit cum in carcere. Marc. 6. An indignatus, an queritus est Joannes, nuper ut Mellias cultus, iam reus, & confitus? Tu haec agis, ut Joannes lui similis, imperturbatus cum humilitate, & gaudio afflictionem suscepit: Frangis afflictionem, si ad sensum non admittis: hoc non pertinges, si tibi sis mortuus.

2. Dierbat enim Joannes Herodi: Non licet sibi babere uxorem fratris sui. Ibid. Haec vinculorum causa fuit. Quia sanctum opus fecit, ex zelodemonendo Regem, in vincula trahitur. Hac sapientia est merces iustorum, malum pro bono recipiunt. Utinam tu nullam alia cauta nulla tua culpa patiaris! patientia ipsa erit innocentia solatium. Adverte cum libertate modestiam admonentis: sine improprio, veritatem non ex se, sed ex lege proponit.

3. Herodes meturbat Joannem, sciens eum vivum iustum, & sanctum: & custodirebant eum, & audito eo multa faciebat, & liberos eum audiiebat. Ibid. Virtus etiam hosti est amabilis, ac venerabilis. Sed si amat Joannem, cur incarcerat? Iudeorum importunitati, Herodiatis precibus id tribuendum est. Ut hominibus satisfaciat ab aequo discedit. Refectus hominum generat despectum Dei;

ref-

respectus Dei despiciunt favoris humani. Eligete, quem recipias.

S A B B A T O.

Colloquium Christi cum Samaritana.

JESUS sat gatus ex ianere, sedebat sic super fontem. Joan. 4. Zelo unius animae, & peccatricis fatigatur, fistis, & expedita collo, quod seit certo venturam. Nulla Christo est vilis anima? Etiam viliorum salutem quaeret: quia animas Deus estimat, non divitias, non dignitas. S. Ambros. l. 2. de Spir. S. Fatigatus es, etiam in te, quia diu te quaeris, per omnes ius labores & cruciatu. Sedet, & expedit: quid moraris accedere? Immò cur longiuscedes?

2. Venit mulier de Samaria, & dicit ei Jesus: Da mihi liberum. Ibid. Felix mulier! quia venit ea hora, qua expediabatur. Una quandoque neglegit occasio intellitatis est origo. O si sapientia hoc cogitares, quam attentus es! gratias tibi datis! Petit ab ea parum, ut detemultum, aquam scilicet salientem in vitam eternam. Hac indoles Dei est: ubi parum das, dat tibi multum. Da ergo etiam minima. Minimorum cura generat maxima: minimorum neglectus ad gratiam precipitat.

3. Dicit ei mulier: Quomodo tu Judeus es, bibere a me posis, quia sum mulier Samaritana? Ibid. Ecce mulieris, & nostram erga Christum rusticitatem! Quod inimico negare est nefas, Christo negamus. Quoties fecit, & petit ea, quae sunt ad salutem tuam,

&

268 HEBD. VI. POST PENT.
& tu ei negas? Et quanta est Christo sitis salutis tuae: quia magis te amat, quam dæmon odere. Et tanto amori, tantæ siti poteris aliquid negare, cuius demum fructus est tuus?

DOMINICA VI.
POST PENTEC.

Convertitur mulier, & munciat Christum Samaritanis.

Respondit Jesus, et dixit ei: Si sis res donum Dei, et quis es, qui dicit tibi. Da mihi bibere, tu factus peris ab eo. Joan. 4. Mulier nescit donum Dei praetensis, nescit, quid ipse petat. Hinc nondum petit ipsa aquam vivam. A praetensi Dei omne bonum salutis pendet. Si praetensem cogitares, nonne ferventiores es in ejus obsequio? Nonne affectus tuos magis reprimeres? Per hoc inducit illam ad plenam instructionem de Messia, de adorando Deo in spiritu, & veritate, & movet ad detestationem vitæ prioris. Ita Deus prævenit nos, & invitat. Sed quid facit te hinc te, non salvabit te sine te. S. August.

2 Domine da mihi hanc aquam, ut frigiam, neque veniam hic haurire. Ibid. Effectus colloqui cum Christo. Accenditur in ea desiderium aquæ cœlestis; ex manifestatione occultorum lucrum criminum agnoscat Messiam; de peccatrice fit Apostola, reliquit hydram, currit ad civitatem, invitat omnes ad Christum: Venite, et Videte. Vide, & imitare progreßum animæ. Excita desiderio.

HEBD. VI. POST. PENT. 269
derium aquæ gratiæ: pete eam reverenter, reliquæ hydram veterum confuetudinum: gaudie, te invenisse JESUM; cura, ut alios ad illum trahas.

3 Interrogabant eum discipuli, dicentes. Rabi manduca. Ille autem dixit eis: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misericordia, ut perficiam opus ejus. Ib. S. Chrysostom. hom. 33. Hominum salutem, inquit, hoc in loco cibum appellat, ut quanta salutis nostra cura, & desiderio teneatur, ostendas. Hanc enim curando impliebat voluntatem Patris. Et tu illi cibus es, quia te saluum petis. O quæ gratia! Imitatus: sit cibus tuus obedientia. Quid ita in omni necessitate confortas, & confortas, ut divina voluntatis exercitus? ait S. Bern. Sit cibus tuus celus animarum: tot perdidi animas, testis Augustini, quot, cum potes, non rapi.

FERIA II.

Christus sanat filium Reguli:

Hic (Regulus) eam audisset, quia Jesus Christus adveniret, abiit ad eum, & rogabat eum, ut descendaret, & sanaret filium ejus: incipiebat enim mori. Joan. 4. Ad Christum accurrimus, cum nos premunt adversitas, & ideo eas Deus immittit, ergo mitius tolerande sunt. Quia cura est Patris pro salute corporis, haec sit tua pro salute animæ. Nonnulla anima plus est, quam corpus? Imperfetta est Reguli fides. Sit tua perfectior: pete ab eo, cetera ejus dispositioni committo. In tentatione non differ regurum, donec incipiatur.

270 HEBDOM. VI. POST PENT.

mers, sed præveni. Dilata remedia dant ma-
lo vires.

Dixit Iesu ad eum : Niſi ſigna, & pro-
digia videritis, non creditis. Ibid. Arguit modi-
can fidem, ut ad maiorem diſponat, & ſanet
eius animam. Hæc Chrifti eſt bonitas, que
vult plus dare, quam petamus, modo nos ipſi
non impediamus: Perfeverat preceando Regu-
lus. Defende, priusquam moriarus. Sed errat,
quod putat auxilium Domini poſſe effe ferum.
Solatur eum JESUS: Filius tuus vicit. Non
ſunt verba narrativa tantum, ſed etiam effectiva.
O ſi dicit mihi: Anima tua vivit! Regu-
lus creditis. Huc tendebat Chriſtus dilatione.
Si diſert, quod petis, tuo bono id facit.

Credidit ipſe, & domus eius tota. Ibid.
Audivit ab occurrentibus ſervis, vivere filium
ab ea ipla hora, qua Chriſtus dixit: Et credidit
ipſe. Venit in domum, vidit, narravit, que
dixit JESUS: creditis domus eius tota. Quia
lis eſt paterfamilias, tales ſunt servi, & dome-
ſifici. Qualis eſt paterfamilias anime, Intel-
lecdus circa veritates praeticas, tali eſt voluntas,
appetitus, affectus. Avertendus ergo eſt
a falſis mundi, & carnis principiis; exco-
ndens diuinis, non ut ſcas, ſed ut facias.

FERIA III.

Piscatur Petrus ad ſtagoum
Genesareth.

Aſcendens unam navem, que erat Simo-
nis, regnavit eum à terra reducere que
filium, & ſedens docebat de naviſcula turbas.
Loc. 5. Primo à turba, que irruerat in Iesum,
aſſic̄ defuderium perciendi. Divina. 2. Si
Chri-

HEBD. VI. POST PENT. 271

Christum habes in naviſcula cordis, reducere
debes à terra, ſeu terrenis affectibus. Non po-
ſunt enim miseri amor Dei, & amor mundi.
3. Tunc ſedebit tanquam imperans cordi, & af-
fectibus; & docebit te ſolidas veritates, quas
capere non potes, dum terrenis adhæſeres.

Unus eſſavat autem loqui, dixit ad Sime-
onem: Duci in altum, & laxato reſia deſta in ca-
puzram. Ibid. Non contentus Iesu, ut puſil-
lum te ſubducas à terrenis, dicit tibi. Duci in
altum, ad maiorem perfectionem procede,
ſemper plus reſtat, quam affeſtus ſis. Duci in
altum per intentionem elevantem. 2. Reſpon-
dit Petrus: Toto noſte laboranteſ nibile cep-
imus. Hic fructus eſt laborum ſeculi circa di-
gnitatem &c. nihil. Et quantum pro hoc nibilo
laboratur? & pro eo, qui ſolus eſt omnia, quam
parum?

In parvo autem ſue laxabo rete, & conelu-
ſeruna pifcium multitudinem epiſoram. Ibid. Cum
antea in eo ipſo loco nihil cepliſſent. Quare mo-
do? Quia in nomine Iefu, & ex obedientia ja-
clum eſt rete. Que hac intentione facit, apud
Deum nunquam fuit irrita. 3. Si reſpondit
Chriſtus Petru, quod ſe in navim receperit,
quod a terra ſubmoverit. Minimum, quod
Deo prieſtas magno remunerat. 3. Ut doceret,
ſequentibus eum non defutara necessaria ad vi-
am. Depone has corporis curas, & de hoc
eoſlo ſollicitus, ut Iesum ſequaris.

FERIA IV.

Vocatio Petri, & Andreæ; Jacobi, & Joannis.

Iesu vidit duos fratres Simonem, & Ana-
 dream, & ait illis: Venite post me, ſa-
ciam

etiam vos fieri pescatores hominum. Math. 4.
Quos vocat? unde? quo? Vocat rudes, &
simplices: quoniam semper illi placita est hu-
militas? & est optima ad gratias dispositio.
Vocat fratres: ubi Pelusiotae 1. ep. 9. Indica-
vit, se Discipulos omnes suos fratrem amore co-
pulati velle. Tales esse debent, qui captant
animas. Quomodo te hic habes? Vocat a ma-
ri, & vili labore. Et ex mari mundi vocavit,
ubi jaciebas retia cupiditatum ad capienda ter-
rena. Agnosce gratiam, &c. Vocat post se, ut
eum sequens semper habeas in oculis, ut videas,
& premas vestigia ejus, ut pari zelo piseris ho-
mines. Vide dignitatem muneris, indignita-
tem tuam. At quomodo id agis?

2 Illi autem continuo relatis reliquis fecuti-
sunt eum. Ibid. Haec obedientia promptitudo
tuam arguit tergiversationem. Relinquunt re-
tia, Retia, quæ à sequela Jesum impediunt,
sunt familiaritates ieculi, negotia extranea
vocationi, præcæ affectiones. Si vis Jesum sequi,
debet relinquere, quæ sunt aliena à Jesu.

3 Videlicet alios duos fratres, Jacobum, & Iose-
num in nascientibus retia, & vocavit eos: illi
autem statim reliquis reliquis, & Patri, secuti-
sunt eum. Ibid. Et hie in gloss. Unitationis fra-
terna dilectionis probatur. S. Bern. ser. 2. de S.
And. Nihil disiudicantes, aut hecfrantes, non
soliciti, unde viventes, sine mora sequuntur.
Et magis coæta, quam priorum videtur obe-
dientia; quia non additur ad quod munus vo-
centur. Insuper carnalem erga patrem affe-
ctum superant. Vide, an tu sic obedias coæ-
statum, omnialio amore seposito.

FERIA V.

Curatur Daemoniacus à spiritu
imundo.

1 **E**rat in Synagoga homo in spiritu ionuan-
do. Marc. 1. O infelicitas hominis à
dæmonie possesti! si talem haberes in corpore,
quid non ageres, ut liberareris? Habes in
animo, in præcis affectibus, & minimum curas.
Exclamavit: Quid nobis, & tibi, Iesu Nazare-
ne? O impudenter! negat juc Christo in
creataram suam. Ita statim ex peccato hominis
sibi ius arrogat. Sed non sicut felix, qui venit
disolvere opera diabolli. Venisti perdere nos. S.
Hier. in Math. 8. Praesentia Christi tormentum
est dæmonium. Tormentum est illi, si debeat
à te exire. O afflige diabolum, ut affligeres,
si posses apertum.

2 **S**ic, quod si sanctus Dei. Ibid. Laudat,
& adulatur Christo dæmon, vel ut non pella-
tur, vel ut Christum vanæ gloria affuet. Sic si
laßaverint peccatores, non acquiesceret eis. Prov.
1. Committatus est ei Iesus: Obmutesci, & ex
ab homine. Non placuit Christo laus ex ore pe-
ccatoris. Vide, quæc est os, & cor tuum, ut
dignæ laudes?

3 **D**iscepens cum spiritu immundus, &
exclamans voce magna exiit ab eo. Ibid. ad unum
Christi verbum: Ecce inquit dæmon: quare no-
næ te post tot inspirationes tua culpa; quia ei
blandiris in tali passionibus. S. Greg. hom. 12.
in Ezech. Quum possessione non discepserat, de-
serens discepit, quia plerunque dum de corde
expellitur, avortio in temptationes generat,
quam pridè excitaverat. Non deince ergo ani-
mum,

374 HEBD. VI. POST PENT.
mum, si tentationes vehementiores sentis: si-
guum est, daemonem exire.

FERIA VI.

Socrus Simonis curatur à febri.

Socrus autem Simonis tenebatur magnis
febris. **LUC. 4.** Ita depositam invenit
Iesus. Qualem te invenit, cum ad te venit? Non una forte, sed multeplex tua est febris. **S. Ambr.** Non minorem febrem ameris erga res
creatas esse desireris, quoniam calor is; febris non
fria, acaricia, libido, arbitrio, irascundia est.
Agnoce mortuos tuos, & pericula. Admitte
Iesum in domum cordis tui, quem hactenus
reputasti, ut gratia, & dictaminibus divinis
medeatur.

2. Et accedens elevavit eam, apprehensa manu
ejus, & conseruauit eam febris. **Marc. 1.**
Actum est de tua lenitate, nisi Deus extendat
manum gratiae. Sed quoties extendit, & non
apprehendis? Imperatis febri, & dimisisti illam. **Luc. 4.** Intelligis voluntatem, & mandatum
Dei circa tuas febres, & te nondum dimit-
tunt: quia tu illas amas, qui oculis febres cor-
poris. Times illud: Curavimus Babylonem, &
non est sanata, derelinquamus eam. **Isa. 51.**
O! derelinquamus eam.

3. Et continuo surgens ministrabat illi. **Luc.**
4. Cum Deus solus sanat, momento res agitur
ad perfictionem. At hoc rerum ordine suc-
cessivè id agitur, iuxta menitum nostræ co-
operationis. Veiles domitas habere passiones,
sed veiles nullo labore tibi constare. Inania
sunt desideria, ubi manus operi non adhibetur.

2. Rec.

HEBD. VI. POST PENT 375
2. Restitutam sanitatem facit obsequio Christi
impedit, & ministras: Hoc gratitudo pe-
nitus ablat. Cui tu sanitatem impedis?

S A B B A T O.

Tres, qui volunt Christum sequi, sed
non ut oportet.

1. *D*ixit quidam ad illum: *Sequar te, in-
dumq[ue] joris.* **Luc. 9.** Verba optima, si
par fuisse intentio. Ob lucra sua sequi voluit.
Ideo non acceptat Dominus, qui non habet
ubi reclinet caput suum: quasi dicat, ut sit S.
Hier. *Quid me propter diabolos, & secuti laeta-
sequi vis;* cum nec hospitium habeam? Primo
ergo obsequia Deo reddenda non decorque ad
tam abjectos fines glorie tue, vel commodorum
2. *P*auperem Christum imitare superfluum
reciliationis. 3. Non habent, ubi reclinet ca-
put, cor tuum exhibe, sed mundum, & mol-
le.

2. *Ait ad alterum:* *Sequere me.* Ille autem
dixit: Domine, permittre mihi primum ire, &
sepele patrem meum. **Ibid.** Non acceptat Do-
minus, sed ait: *Sicut, ut mortui sepeliant
mortuos suos.* Pietatis erat sepelire patrem:
sed cum Deus aliud mandat, vel obedientia,
etiam pia sunt relinquenda, immo Deus pro-
pter Deum: *Quia mensura per rectitudinem est vo-
luntas Dei.*

3. *E*t ait alter: *Sequar te, Domine;* sed per-
mitte mihi primum renuciare iiii, qui domi sunt.
Ibid. Neque hunc acceptat Dominus; sic
enim: *Nemo missente manum suam ad atrium,*
& respiciens retro, aperte, *et Regno Dei.* Ubi
O 2 de

do suo servitio agitur , non vult Deus consilia agi cum domesticis , cum affectibus nostris : quia & periculum est , & mora trahitur . 2. Qui vult sequi Christum , antrosūm aspiciat affectu , & desiderio , non retrosum ad terram , quia simul non confunduntur .

DOMINICA VII.

POST PENT.

Sedatur tempestas maris .

Ascendente Iesu in naviculam , secutus sunt eum discipuli eius . Matth . 8. Discipulus bonus etiam in ardore à Magistro non discedit . Et ecce nubes magnus factus est in mari . Etiam ubi Christus est , est tentatio , & afflictioni locus . Ideo etsi sis in gratia , esto vigilans ; sed non concide animo , quia Dominus est tecum . Iste vero dormebat . Quia animus , qui in tempestate est quietus !

2 Et accesserunt ad eum discipuli . Ibid . Huc recurrendum , cùm primis . Et suspiraverunt eum dicens : Domine , salvo nos , permis . Duo peccant . 1. Deinde fidei : quid credunt dormientem non posse salvare . 2. Perturbatione animi ex timore : ideo arguantur : Quid timidi es ? Tu contra in omni tentatione confide in Dei providentia . animum serenum retine quia omnistorbatio non profutura , aut noxia media arripit .

3 Tunc surgens imperavit venti , & mari . Ibid . Pridē ventis tanquam causa commotionis , deinde mari . Si vis malum aliquod extirpare à causa , & radice , illud aggredere . Et dixit mari : tace , obmutfer . Marc . 4. Dum

com-

commoveris animo , tace , obmutfer , ne in querelas , in murmura , in indignationem erumpas . Sæpius hoc tibi dixit Deus : raro es obsecutus , Et saita est tranquillitas magna . Confundunt te insensibilis creature , quae tam promptè obsequuntur Deo .

FERIA II.

Legio daemonum expulsa .

Occurrerunt ei duo habentes demonia , de monumentis exsunt , sibi nimis . Matth . 8. Miseriam horum fuisus describit Marc . 5. Neque saten quisquam poterat eum ligare ; in montibus erat clamans , & coincidens se lapidibus , & vestimenta non inducebatur . Ita demon traxit hominem ; & tamen amatur , cùm amatur peccatum . Minimum pejus est omni excogitabili pena , & licet penam minimum fugias , peccatum non horres . Rumpis catenam legum divinarum : laceras vestem gratiae , &c.

2 Videns autem Iesum à longe , curcurit , & adoravit eum . Marc . 5. Confundunt te demones , qui Jesum præsentem timent , quem præsentem tu offendere non vereris . Adorant cum timore : tu amore id praesta . Addunt : Adsumus te per Deum vivum , ne me terreas , expellendo me : quia inexplicabili odio tentare homines desiderant . Quanta igitur opus circumscriptio ? Interrogatus , quod ibi nomen est ? Respondit : Legio . Ubi unus intrat , plures trahit . Una passio non domita multas excitat . Unum peccatum patrum ad multa trahit .

3 Demones autem rogabant eum , dicentes : Si talis nos habes , mitte nos in gregem portu-

O 3 portu-

478 HEBD. VII. POST PENT.

serum. Ibid. Vide, quām parum possint & na-
quidem porcum occupare : quanto mīnus in-
te poterunt, si tu assentiaris? Ex petitione
collig ad quam vilitatem per peccatum vene-
rint nobilis spiritus. Concessit, quod petive-
runt, Iesus, ut doceret tanti esse animam ut
pro ea a Jugo demonis liberanda, omnis iactu-
ri temporalis sit postponenda : ergo & cui ho-
notis, & commodi, &c.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

FERIA III.

Christus rogatus à Geraseno discessit.

ET veniunt ad Iesum, & vident illum, qui à demonio vexabatur, sedentem, & silium, & sanamentis. Marc. 5. Hic flatus est hominis à peccato liberati. Sedet, mira animi quiete; ad pedes Iesum, affectibus humilitatis. Vexit gratia, & donis supernaturalibus. Sana mentis, suorum dominus pa-
ssionum, quae eum exerrare fecerunt. Quanto felicior hic status priore? Hunc tibi precare, & ut conferves, à pedibus Iesu non discede-

2. Et regato caput eum, ut discederet de
fratribus eorum. Ibid. Caiet. hic: Dominum por-
eorum timorem majoris damni excitaviz, ne
pariantur temporalium iudicium, praeligunt
cædere Christo, quod sumnum est malorum.
O infania! Tu cum tene, & non dilimitre. Ut
serves Iesum, etiam virtus, & sanguinis iactu-
ra est ingens lucrum.

3. Cumque ascenderet nazim, capis illum de-
precari, qui à demonio vexatus fuerat, ut effec-
tum illa. Ibid. Accepta gratia hoc desiderium
excitavit. Quoties eandem accepi, & necdum
habeo

HEBD. VII. POST PENT. 479

habeo desiderium Deo adhærendi. Iesu: *non*
admisisti eum, sed ait: Vade ad tuos; & annun-
cia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & mi-
serias sit tui. Non relictum illum, sed predica-
torem facit illum beneficii, quibus illis ipfis,
qui robabant, ut discederet, quare ut vel sic
signolcerent felum, & in illum crederent. O
bonitas! querit eos, à quibus relictur. O
quoties te sic quæsivit! Quid debes tantæ bo-
nitiati.

FERIA IV.

Offertur Christo Paralyticus.

ET veniunt ad eum forentes Paralysti-
ci. Miserabilis hujs hominis status, sed misera-
bilior animi tepidæ, qui nec manus ad ope-
randum, nec pedes afflantum ad se movendum
firmos habet. Expertus es id aliquando in te
ipso? Utiam non etiam nunc! Vis sanari? ³
quatuor bajulos adhibe: cognitionem tue mi-
sericordie, cognitionem bonitatis Dei; & hinc spem
salutis, & amorem Dei. Certa est falso haec
conjugamenti.

3. Et querunt eum inferos, & posse ante
eum, noninvenientes, sua parte eum inferent
pro turba. Luc. 5. In dominum non dabatur ac-
cessus pro turba: paralyticus tamen per illos
quaeritur ab omni parte quaeritur. Agit, quod
potest, ne occasio elabatur. Hoc & tu age in
negotio animæ. Quod hodie potes, non differ
in crastinum. Etsi impedimentum quandoque
fusciens videatur, rationabilius est, ut tentes
pertempore.

3. Nudaverunt uestum, ubi erat, & passa-

250 HEBD. VII. POST PENT.

siens submisserunt gravatum, in quo paralyticus iacebat. Marc. 2. In hujulis constanter in segnum charitatem adverte, & imitare. Eandem cogitare potes in domino domus, qui non prohibet tabularum cubiculi perrumpi, in quo Christus prædicabat. Paralyticus vero non timet nomen inurbani, aut importuni, aut confunditur cōmparete ager. Tantum facit amor sanitatis. Et non faciet in te plus amor sanctitatis? Generosa utere resolutione.

VALERE PLACERE
VERBIS
FERIA V.

Sanatur à Christo idem Paralyticus.

Et videntes Iesus fidem illorum, dixit Paralyticus: Confidite, fili. Matth. 9. O verba amoris, quae saxeum cor emolliant! Remittuntur tibi peccata tua. Non hoc petivit ager, sed sanitatem corporis. Sed magis esse malum animæ docet, quod prius curat. Quàm execus es, qui hoc non agnoscis! Hinc major tibi cura sanitatis corporis, quàm animæ. 2. Peccatum est morborum, & afflictionum causa; ut curet ergo morbum, tollit cauam. Non bene moderis morbis animæ, nisi radicem evelias passionis.

Erant autem illi quidam de Scribis fidenses, & exigitantes in cordibus suis: quid hic loquitur? blasphemat. Marc. 2. Nunquam decrunt, qui quod sanctè feceris, perverse accipiunt. Non decrunt, qui prætextu zeli tegant invidiam. Si talis es, cogita te cum Scribis illis redargui: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Confundere, & ne similia posthac judices, cogita, quod sicut Jesus vidit cogitationes eorum, ita videat

HEBD. VII. POST PENT. 251

deat tuas omnes. seu bonas, seu malas.

Tunc ait Paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in dominum tuum. A paralyticus liber triage, ne iterum relabaris. 1. Surge per generolas, & sapientia repetitas resolutiones. 2. Tolle lectum, id est, ut ait Gloria, Carnis à carnalibus desideriis ad voluntatem spiritus attolle. 3. Vade in dominum conscientiae tue, & illic habita.

FERIA VI.

Acta post sanatum Paralyticum.

Propterea persequebantur Iudei Iesum, quia hoc faciebat in sabbato. Joan. 1. sub prætextu religionis malitiam exercunt. Bonum opus Iesus præstavit, & persecutio repuditor. Persecutio certa iniicit, si bonus sim inter dyscolos. O si tineri, aut solari me peccatum cum Christo: Pater meus usque modo (hoc ipso sabbato) operatur, & ego operor: id est: operor opera Patris mei. At infelicitate me: non potero. Opera mea lapidant mundum, & lendum. At non amplius! Operabor cum, & in Patre, ad, per, & propter Patrem meum.

Propterea magis querebant Iudei cum interfici, quia Patrem suum dicebat Deum. Ib. Quid devenimus? per ipsam regularem obseruantiam, per opera, quibus mererum esse filii Dei, incurrimus odio dyscolorum. O quam felix ego, si ideo tantum sum exosus, quia Deus est Pater meus, quia operor, quia Patri placent, Patri, mihi Deus, odiat sed non alia

282 HEBD. VII. POST PENT.
alia causa, quam quod sum filius tuus, tu Pater
meus.

3 Opera, qua rego facie, testimonium perbi-
bens de me. Ibid. Probat Christus Divinitatem
suam collegat testimonium Joannis; sed eo non
sufficit: maior, seu firmius addit, opera sua,
cum nemo alius posset facere. Probare aliquan-
to ad tribunal Dei debebo, me esse filium Del-
ti gloria potiri velim. Quid allegabo? Nihil
producunt elegia hominum, ubi sola penfan-
tur opera singularorum. Quid fieri, si non inves-
tigantur opera sua plena. Apoc. 1. Quid agen-
tum nunc, ut tunc te laudent in portis opera-
tua. Prov. 31.

S A B B A T O.

Matthaei vocatio.

Cum transferre inde Iesus, videt hemi-
nem. Matth. 9. Chrysost. Ser. 30. Vide
illum Deum, ut videas Deum. Ita nec co-
gnoscere Deum potes, nisi ille per gratiam te
exhibeat. O vide me Iesu, ut videam te! In
seculo sedentem: tanquam in lucris temporali-
bus quiescentem. O falsa quies! Mattheum
nomine: exprimit ipse nomine, ut scintia sua
indignitas, & dignatio Dei. Et ait illi. Etiam
dum fides in peccato, dum actu peccati, tibi
Deus ad colloquitur, sed quoties disimus audire. Et secundus est cum, statim, quia Iesus
transfribat. Gratia venit, & vadit; pertransit,
nisi occupes. Religili omnibus. Cognolentes
Deum viles sunt omnia.

2. Et fecisti coniuvivium magnum Levi. Luc.
3. Ut gratus esset, ut gaudium testaretur, ut
alios hac occasione ad Christum pertraheret.

Ade.

HEBD. VIII. POST PENT. 283
Aderat enim turba multa publicanorum, &
aliorum, qui cum illis erant discubentes. Ef-
fene tu tam gratus Deo? querilne occasiones bo-
ni? Non deditur hanc mensam Christus, etiam si possit inde vilior æstimari, quod cum
peccatoribus ageret; quia erat occasio plu-
res convetendi. Curante ita salutem proximi?
etiam ubi crederes te viliorum haben-
dum.

5 Et probat se dicet hunc Discipulis: Quare
cum Publicanis, & peccatoribus manducat Ma-
gister vester. Landa tu Iesum, quod cum pec-
catoribus verietur: alias ubi tu es? Landa,
quod non tantum manducet cum peccatoribus,
sed etiam ab illis manducari velit. Tanta tui est
dignatio, o vilis homo! Noli murmurare, aut
aliena facta nequias interpretari; quia inten-
tionem ignoras.

D O M I N I C A V I I I.

P O S T P E N T.

Mulier à sanguinis fluxu curatur.

Mulier, qua erat in profluvio sanguinis
annis duodecim, & erogaverat omnia
sua, nec quidquam preceperat. Marc. 5. Ca-
lamitas corporis meliora status accedit desider-
ium: ultimam finitatem, dum ea caret,
erogat omnes suas facultates, ut eam recu-
peret; plus daret, si plus haberet. Quanto
melior est sanitatis anima! ultima haec: Si ha-
bes, cura, ne perdas, hic omnes animi fa-
cultates, intellectum, memoriam, voluntati-
tem impende. Si non habes, desiderium ze-
cende, sed non satis: facultates impende.

O 6 2 Cum

284 HEBD. VIII. POST PENT.

2 Cū audisſet de Iesu , venit in turbā .
220 , & tenebit ſeptimū enūmū ejus . Ibid . Cū humiliatē , reverentia , & viva fide reparandæ sanitatis . Ita ad Euchariftiam eundum . Nec te impedit turbā tuorū afflīctioν pravorum ſemove illam , ut accedas . Quærerit : Quis eſt , qui me tollit ? Non ut ſciat , qui nihil ignorat ; ſed ut le prodat fides mulieris , & illuminetur alii . & mulier iſpa à fide in alias virtutēs progradatur . Dilice ſemper proficere , & desiderio Christi in hoc latifaciere .

3 Muiaſ ardē ſimmo , ac tremem . Ibid . Nē increparetur , quod immunda mundum tetigillet ; & tu non times tot paſſionib⁹ immundus , non tangere ſimbriam , ſed ipſam Diuitiātē ſumere ? Venit , & poniſſit ante eum , & dixit ei omnem veritatem . De mōto ſuo , eorum omni populo humiliſ , & confuſa . Vi- de profectum à fide ad confeſſionem ſuorum detectum , & publicam confectionem . Tu non ſum huc es progreſſilis ? At ille dixit : Conſide , Ibid . Statim obi le humiliat , vocatur filia . Digna eſt haec gloria , ut per humiliatōnēm à te ematur . Fides tua ſalvum fecit . Si deficit , certè deficit uideri deficit . Aflueret actuali- ſdem ſapiens extencere , maximē circa Deum , & eius attributa .

F E R I A II.

DIRECCION GENERAL DE
UNIVERSIDAD AUTONOMA

Jam̄ filia refuſitatur .

* E cee Princeps unus accedet , & adorabat
dum dicens : Domine , filia mea modò
defundita eſt , ſed veni , impone manū tuam ſu-
per eam , & viſit . Luc . 8 Filia unica , nobilis
venire. Venisti innocens? gratiam inclem-
abilem es confecutus. Ex quo tanto gravis tibi
incumbit debitum innocentium apud Christum
conseruandi. Roga ergo Dominum semper, ut
in hunc secum in Eucharistia cor tuum tangat.
Committuntur tibi iusta vocationem tuam
parvuli? Cura, ut ad Christum adducas pochis
per virtutem, quam ut per scientias illumines.
Non minus enim ad hoc obligaris, quam ad
Iustitiam. De utroque DEO refonduabis.

Talium est enim regnum celorum. Ibid. Ad-
verte non solum tantum, qui non possunt pec-
care, sed talium, qui per virtutem non volunt,
est regnum Celorum. Ergo debes repudcere:
peccata, & imperfectiones omnino ignorare, ut
agas; simplicitate quadam velut naturali, in
bonum ferri; nisi hoc facias, statutum est:
Qui quis non respexit regnum Dei velut puer,
non intrabit in illud.

FERIA II.

Dives Adolescens eruditur ad
vitam aeternam.

Ecce unus accedens ait illi: Magister
bene, quid faciam, ut habeam vi-
tam aeternam. Matth. 19. Quantum in hoc
adolescente est vite aeternae desiderium? sed
quantum est tuum? Ex cura, quam ejus
consequendae causa impensis mensurare
potes. Si parum, aut raro sollicius es,
nullum est tuum desiderium. Et tamen est

88-

HEBD. XXV. POST PENT. 425

necessarium. Ergo quotidie quare potius, quid
faciam, quam quid docebo? quid discam? quid
loquar? scientiis, & verbis non obtinetur eg-
lam, sed factis.

**Qui dicit ei: scio ad vestram ingredi, ser-
va mandatis.** Ibid. Quod seculari de mandatis
Dei, hoc religioso de suis regalis dicitur. Non
dico: non ibis ad coelum, si regulas, que sub
mortali non obligant, non serves: sed dico, non
ibis via tuae vocationis, non ibis expeditius.
Immo si spernis, regre ibis: quia qui spernit
modica, pauplerum deciderat.

Dicit illi adolescens: Haec omnia custodire
à juventute mea. Ibid. Quam felix, si hoc dice-
re possis de juventute tua in vita seculari!
Quam felix, si ab ingressu religionis dicere
possis te regulas observasse! sed in utroque
quam prouil abes! hoc ipsum tibi motivum el-
le debet ad accuratam eorum observationem;
quia Deus vult, te per hanc viam ad salutem
dirigere.

FERIA III.

Diviti Adolescenti suadetur
persecutio.

Ait illi Jesus: Si vis perficere isto, no-
n vendere omnia, que habes, da pa-
uperibus, & habebis thesaurum in celo. Matth.
19. Marcus præmitit c. 10. **JESUS intui-**
tus eum, dilexit eum. Sed quomodo ostendit
dilectionem? docendo, viam perfectionis,
& thesaurum spondendo. Docet enim,
V 5 non

Non tantum quomodo salvis fiat, sed quomodo
in gloria maior evadat. Quia felicitas tua, si
ex bene affectus, qui sic vocatus es? Quam
nihil est, quod dimisisti! quam magnum, quod
reponitur! Majorēm hunc thesaurum redde-
re potes, si effectum à terrenis semper magis

2. Cū mandat adoleſcens, abiit tristis: erat
enim habent multas poffeffiones. Ibid. Vide
quantum noceat affectus ad creaturas. Ille e-
fum innocentis adoleſcens à Christo avellitur.
Sea & tu hoc malo laboras. Vi hoc commodo
tuo non catere, & simul colum obtinere.
Eminentum est colum; non plura dando; sed
minus retinendo. Ixii. 48. Elegi te in camino
paupertatis. Qui affectu purior in hoc camino
est, electus est. Quis h̄c tibi ad hoc medium
obtinendi colum est affectus? quam ab omni
creatura avulsus?

3. Iefus, autem dixit discipulis suis: Amen
dico vobis, quia dives difficulte intrabit in re-
gnum celorum. Ibid. Veritas haec scripta pla-
na est. Ergo à contrario pauper non difficulte in-
trabit in regnum celorum. Quām gratulari ti-
bi potes, quod Deus te ad viam celi reposuerit,
qua faciliter id obtinebas. Sed non crede fatis el-
lis, quod reliquias omnia, nisi & te telinebas,
& affectu à creaturis recedas. Non enim Christus
tibi difficultatem celi facit, sed tu ipse,
seu affectus inordinatus.

FERIA IV.

Primum eorum, qui reliqui omni-
bus Christum sequuntur.

2. Tunc respondens Petrus dixit ei: Ecce
tu reliquias omnia, & secuti sumus
te: quid ergo eris nobis? Matth. 10. Ad que-
fitionem de premio duo praemittit Petrus.
1. reliquias omnia, 2. secuti sumus te, quasi ta-
citè dicat: non auderem de premio querere,
nisi hæc non praestitiles offenderem. Reliqui-
sane omnia? etiam te ipsum? curam comodo-
rum, honoris festualiam? O quam tibi men-
tiris, te reliquias omnia, si hæc non reliqui-
si? Ecce Christum lecutus? In paupertate?
in contemptu? &c.

2. Iefus autem dixit: Amen dico vobis, quod
vobis, qui secuti es sis me, in regeneratione eum se-
deris filius hominis, sedebitis. Et vobis super sedes
duodecim, iudicantes duodecim tribus Israeli.
Ibid. Dignum est honorari à Christo eos, qui
eius amore reliquis omnibus facti sunt despecti.
Quām tunc iucundum erit Christum inopem,
& contemptum elegiſſe? Cur ergo nunc non
eligiſſi? An nunc alia veritas, tunc alia? Dies
Domini revelabit falsum, quo nunc niteris;
verum, quod spernis. Quoniam honor ille
præſente contemptu venialis est.

3. Et omnis qui reliquerit domum, vel fra-
teros, aut sorores, aut agros proprios nomen me-
um, centuplum accipies, & vitam aeternam
possidabis. Ibid. Relinquenti sua spondet ut
V 6 piz-

228 HEBD. XXV. POST PENT.

premum. Quantum? Centupum. Neque id in alteram vitam reicitur, sed hic datur. Quid utilius? Adiudicatur certitudo futura vite: Quid jucundius? Quare ergo quandoque tristis es, anima mea? Pierine potest, ut non vivas contenta tuo centuplo? Non recepi, inquis. Mentiris, Marc. 16. Nemo est, qui reliquit omnia, qui non accipiet centus tantum nunc in similius horum eorum persecutorum. Si non receperis te dicis, mendacem facis Deum. Non exterior, inquis. Ergo vere non reliquisti omnia, non te omnino expoliasti. Ergo affectum omnem evacua, ut experiaris.

FERIA V.

Parabola Operariorum in Vineæ

Simile est regnum cœlorum homini parvissimum, (hic Deus est) qui exiit primus mundi, circa horam terciam, sextam; nonam (in omni hominum ætate) conducere operarios in vineam suam. Matt. 20. sive in statum quendam quicunque certum vivendi, Circum uidebam veræ exitus, & inventi olos fiancer, & dicens illis, quid hic satis tota die eritis. Agnoscite in vineam ad societatem vocatum, & gratias ago. Vide, ne hic sis otiosus, si forte, antequam conducereris, fuisti. Nihil est magis tuum, quam tempus, cuius usus à te uno solo pendet, ut omni momento uti possis vel in vitam, vel in mortem. Sed nihil est minus tuum, quam tempus, cuius æquè, ac vita tua, absens est vestitus. Quid enim vivimus? *Deo vivimus*, Et

HEBD. XXV. POST PENT. 229

Et quantum tu temporis prolixi otiosis collonguis? Tantum gloriam omni hora negligis, quam rara bona interim facere posuissis. Si Bonav. l. 7. de prof. Relig. c. 13.

Cum servus autem factum est. Ibid. (primo post mortem momento) dixit *vinea procuratori: voca operarios, & reddite illis mercedem.* Quanto hoc verbum erit solatius sed folum operariis, non otiosis. Illum vesperum sapientia cogita. Ad seffirant tempora. Deut. 32. Reddit ergo mercedem, aqualem omnibus, eti alii longiore, alii breviore tempore laboraverint. Deus enim in opere magis servorem, & puritatem intentionis attendit, quam tempus impensum. Veneris autem mandat, aut sero, ad menistrum terroris recipies. Noli tibi de annis religionis blandiri: Deus ponderat fructum emendationis.

Venienter autem peini, & accipientes murmurabant. Ibid. Hie seniorum, sed tepidorum defectus est. Putant sibi plus deberi, quis diuersi sunt in religione, & non cogitant, quo animo, quo protectu. Nor patranculus pandui diei, & a suis. Contemnunt alios. Hi ne quispiam una hora fecerunt: Ipsi juvenes, herinati, &c. Et non conseruant tuum temporum cum illorum terore. Denique incident. Pauci illos habent servi: si quid Juveni bene merito concedatur, si elevatur, &c. Quibus merito respondetur. Confectio tisi injuriam. Absit ista à te; sed quantum tempore, tantum virtutibus, & meritis procede,

FERIA VI.

De Lazaro agrotante.

Miserunt ergo fratres Lazarum ad Iesum, dicentes. Ecce, quem amas, infirmatur. *[Joan. 11.]* Querunt fratris sanitatem ab optimo medico cum fiducia, & indifference. Non allegant suu meritum, nec suum, aut fratris in Christum affectionem; sed solum amorem Christi in Lazarum. Id enim, quo solo persuadetur, ut nobis beneficat, est amor, quo in nos fertur. *Dicit ei Iesus. Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei.* Sano iudicio credere debes mortuum illum fuisse Lazarum beneficium, quod inde emergeret gloria Dei. Non aliud de tuis misis iudica, ut te illis subdas humiliare, ne Deo gloriam tureris.

Diligebat autem Iesus Martham, & sororem ejus Mariam, & Lazarum. *Ibid.* Quomodo ergo, ut audiuit, quia infirmatur, tunc manebit in eodem loco duobus diebus? Hoc ergo est amore, non succurrere in tempore? pati amici mortem, amicorum afflictionem? Ita Deus amat, non mollier, sed utiliter ad finem, ad quem nos creavit. Patitur, & vult Lazarum mori; quia hoc erat pro gloria Dei. Credidisse Deum velle eas afflictiones quas pateris. Certè si nollet, non affligent. Ergo credere esse pro gloria Dei; quia quidquid vult, ad hunc finem vult. Hoc si serio cogitaveris, mollius feres.

Lazarus mortuus est; & gaudeo propterea
vobis.

et, ut credatis, quoniam non eram ibi. Ibid. Offendit Iesus, ita à sua providentia ordinari ea, quæ putamus mala, ut inde emergant bona. Et hunc ex afflictionibus tuis vult fractum Deus, nisi tu impediias. Pateris Vult, ut credas eum esse Dominum, te servum; cum posse de te ad libitum disponere, te obligatum obsequi. *Sed ramus ad eum.* Hoc in omni tribulatione solatium cape, quod ait per Pial. 90. Deus. *Cum ipse sum in tribulatione.*

S A B B A T O.

Venit Iesus Bethaniam, ut Lazarum resuscitet.

Venit ergo Iesus, & inventit eum quæcumque dies in monumentum habentem. *[Joan. 11.]* Non illico Deus adest afflictis rebus, sed desperatis: vel ut dum humana juvate non possint remedia, ipse adjuvare intelligatur; vel ut nostra quaque, quamdiu possimus, applicetur industria. Sic in Domino spera, ut tu quoque ad te juvandum coopereris: sic cooperare, ut spem totam in filio Deo reponas.

Domine, si fugies hic, frater meus non fuisse mortuus. *Ibid.* Duarum sororum Marthæ, & Mariæ, hæc est querela, sed modesta, & amica. Errant, sierant, quod absens corpore mortem impedire non potuerit. Potuit; sed non voluit: immo id est adesse dislilit, ut non velle intelligeretur. Mirares, quod Dei voluntatem ad nostram trahere velimus, Oppositum faciendum est.

Dicitur.

432. HEBD. XXVI. POST PENT.

Divina voluntas est nostra regula. Si tuam illam perfectè sublernas, nihil unquam evenies mali: quia quam illa est Deus, tam malum vel le non poterit.

3. *Mirabile vocatio sororem suam, filientia discens. Magister adest, & vocat te.* Ibid. Quis fidelitas Martis? Vult participem solatii Mariam. Quid solatium Mariae? *Magister adest.* Quis dilectio? *Vocat te.* Quis affectus, & amor Mariæ? *Ut audiuit surgit citè, & venit ad eum.* Est enim tunc tantus, ut flatim properes, cum te Deus vel obediens sit signo, vel bona inspiratione vocat? Non detinente te aliquid solatia humana? Maria autem reliquit Iudicem, qui erant cum ea in domo, & confortabantur eam.

DOMINICA XXVI.

POST PENT.

Lazari resuscitatio.

Jesus ergo ut videt eam plorantem, infrenatus spiritu, & lacrymatur eph. *Dixerunt ergo Iudei:* Ecce quem dico amabat eum. *Joan. 11.* Ex paucis lachrymis, quas Christus pro Lazaro fecit, colligunt Iudei magnum illum in hunc amorem, quem non capiunt, sed admirantur. Majora pro te fecit Christus sanguinem sudit; vitam posuit; in S. Eucharistia seipsum dedit: & amorem nondum intelligis si in intelligeres, redamantes: non verbo, sed opero tua?

2. *Ait Jesus i. tollite lapidem.* Ibid. Quae

HEBD. XXVI. POST PENT. 433

in sufficiatione Lazarus aguntur, typus sunt eorum, quae sunt, ut ab imperfectione tua surgas. Tollendus est lapis, & affectus omnis, qui impedimento esse potest ad resurgentem. Perfect JESUS verbo eum tollere, sed mandat tibi, ut tollas; quia tuam vult-cooperationem: tu autem velles, ut te solo te laudum facaret, & tu nullam subires difficultatem. *Dicit ei Marthæ:* Domine jam fac: quadragesimus est enim Agnusco scotorem imperfectionum mearum, in quibus, non quadragesimo, sed multis annis jacere. Sed quām bonus JESUS! non offenditur scotore, ut absineat sufficiare. Misericordia mea, si ejus bonitas non efficit tanta.

3. *Tulerunt ergo lapidem.* Ibid. In circumstantiis refutantur JESU, & refutantur Lazarus agnolice, quid tecum agitur, ut refugas. ergo tulerunt lapidem; quia ponenda est cordis durities, & obstinatus affectus. 2. *Elevat sursum oculos;* quia cogitatio à terrena vertenda est ad cœlestia. 3. *Voce magna clamat;* quia audiens vult, ut inspirationibus ejus obliquari. 4. *Prodit Lazarus ligatus manus, & pedes;* quia etiam post mille propria, quibus tibi videbis resurgere, adhuc adhuc tibi pravi habitus. Sed de his dicitur, so. vita eum, ut illi tollendis serio adiaborcs.

FERIA II.

Fili Zebedæ primas sedes ambiant.

Accepisti ad eum Mater Filiorum Zebedæ cum filiis suis, petens ab eo: Dic, ut sedent bi duo filii mei unus ad dexteram,

Ecce alter ad finitam in regne tuo. Respondens Iesus dixit: Nec sis, quid petatis. Matth. 20. De regno agunt, dum Christus de cruce. Etiam in choila Christi reperitur ambitio. Discipule in hac debebas humilitatem, & tui contemptum. O pessime discipule, qui terrena lapis, & puncium honoris queritis, ubi Deus abilicitur! Verè nescis, quid petas. Regnum Dei non acquiritur honore, sed contemptu. Hunc tu fugis, & tamen vis regnum Dei. Quae stoliditas tua?

Agit illi: percosis libere calicem? Ib. Insinuat viam obtinendi regnum: non sedendo, sed per violentiam, per mortificationem. Quem ergo bibitorus sum. Si dicat tibi JESUS: Ego Dominus tuus, Deus tuus praececdam te, amarus est calix, ad cuius solam cognitionem ego sanguinem sudabo; sed tamen bibitorus sum: quid tu dices? Ah resolve te - dic animo: possim per gratiam tuam, & volo. Dulcior est, potquam JESUS cum bibit. Quid non fecisti pro noxia in terris gloria? & villus tibi erit celum?

Sedere ad dexteram meam, vel sinistram meam, non est meum dare robis. Ibid. Vobis ambitionis, & nondum meritis; sed sola congnatione praetenditibus: Non filii patrum vestrum deesse afferens, sed maritum creaturis. Ambr. 1. 5. de fid. c. 2. Regnum caelorum non persona, sed vita paratum est. S. Hieronym. Merita ergo Christifus exigit. Sed, quae sunt tua? quam leuitus affectus! quam sterilis manus!

FERIA III.

Cœcus ab Jericho illuminatus.

Bartimaeus cœcus sedebat iuxta viam mendicans. Marc. 10. In hoc cœco flatum anima tuae confidera. 1. Cœcus es ad divina, quibus intelligendis mente non applicas, & dum lucem mundi queris, cœli amitis. 2. Sedes in corpore animi, dum in spiritu nihil progrederis, etiam post tot annos religionis. 3. Juxta viam es, non in via regularum tuarum. 4. Mendicas a pertransiuntibus creaturis solatiola, non à Deo, quem fastidis. Nonne tristis, & pudet te misericordia tua?

Cum auditisset, quid JESUS Nazarenus est, caput clamari. Ibid. Quod in cursum corporis egit hic cœcus, agendum tibi est in eum tam anima. 1. Capta t' primam occasionem, tu quoq; praeteristi? quæ hodie dabitur, sorte ultima est. 2. Incrépitus à turba, magivelatam: *Iesu fili David, miserere mei.* Non placet mundo, tumultuantur passiones; perlevrandum est; quia contra sensum eundum est. 3. Projicito testimento suo cœlis. Proilienda est larva simulata vita, quæ te tetigit, & in candore animi ambulandum.

Jesus dixit illi: Quid tibi vis faciam: Bonitas Dei magna! sed perversa tua crescit, si querendum à te sit: quid tibi velis fieri, & non potius cum indifferentia, & promptitudine queretas. Domine, quid me vis

436 HEBD. XXVI. POST PENT.
facies? Si videre nolis quanto praestans sit
te Dei voluntati adhaerere , aut superiorum
quam eorum voluntatem ad tuum flexere ?
Dic cum ego : Domine ut videam voluntatem
tuam ; quam ubi vides , debes illuminatus eam
sequi in vita .

F E R I A . IV.

Zachaeus querit Jesum videre .

Et ecce vit , nomine Zachaeus ; et hic Princeps erat publicanum , & ipse dives ; &
quærebat Jesum videre , quis esset . LUC. 19
Mira , quia rata es ; Dico , & Princeps pu-
blicanorum desiderat videre Christum , sed
motus instinctus Spiritus Sancti : ad quem in-
flatum querebat . Ut video non curiosum
tantum , aut languidum fuisse desiderium , sed
operativum . Scio , quod velis videre Jesum , sed
non queris ; non achibes constanter ea media ,
qua huc faciunt . Miserum te , qui meritis desi-
derii consumeris !

2 Et non poteris praesulibus , quia patres
puffilluerat . Ibid . Duo hic habes , que te im-
pediunt , quo minus Deum perfecte video , &
ei propè jungaris , primum eis turbas , seu tu-
muitantes tui affectus , & indomites passiones
animi , hæc ubi te vis Deo applicare , te return-
dunt ; secundum eis , puffilitas tua , qui nec su-
per illas emines , nec perrumpis . Agnofoe ex te
ipso , quam hoc verum sit , ut cogitatione hac ad-
casas opprimendas ducaris .

3 Et præcurrans ascendis in arborum sœ-

HEBD. XXVI. POST PENT. 437
morum , ut videres eum , qui audebat trans-
ire . Ibid . Hic habes , quid agere debetas ,
ut Iesum videoas . 1. Debes præcursum turbam ,
sildus præmeditationem , & definitionem occa-
sionem , quibus soles tuis passionibus obsequi .
Liberis ; quia quid agas ; non latius cogitas .
2. Debes te collocare eo loci , quid Christus sa-
transfervi , id est , occasionem boni querere ,
& amp; lecti . 3. Debes ascendere cœmorum ,
id est , vanitatem seculi vestigio proterere . 5.
Amoris . 8. in Luc. Debes id non refugere , quod
mundani concient stultitiam . Quid tibi ad hæc
animi est ?

F E R I A . V.

Zachaeus Christum excipit hospitio .

Sed ipsius Jesus vidi illam & dixit : Za-
chaeus , ego descendam & quia hodie in do-
mo tua operies me manere . Et segnans desen-
dit , &cepit silum gaudens . LUC. 19. Non des-
erant plura Christo divertioria ; Zachei domum
elegit , quia ille maximo ejus videndi temerari
delidet . Desiderio ergo nolito trahitur maxime . Noli à desiderio remittere , etiam cum
invocabis Christum ; quia semper habes , quod
queras . Quodquid enim licet , & agas , semper
plus est , quod nec scis , nec agis . Fructus desi-
derii est , quod Christus divertat . Quomodo ?
operies , quasi cum quadam necessitate , me ma-
nere , non traesenter divertere . Vehementer hoo-
tibi evenire ! Ergo accende in te desiderium
Christi .

438 HEBD. XXVI. POST PENT.

2. Stans autem Zachaeus, iam generosius; & ad calcanda bona mundi refolutus: Dixit ad Dominum: Ecce dimidium benorum meorum de pauperibus; & si quid aliquem defraudavi, redito quadruplum. Ibid. Quod iuit desiderium abiens in Christi, migravit in amorem praesentis. Quasi non posset hic amorflare cum amore temporalium, statim horum contemptus securitus est. O quoties divertit ad te Christus, idem omnino qui ad Zachaeum! Et neclum fastidiosa commoda, & sensu[m] oblectamenta. Unde hoc? quia nec vivum habes Christi desiderium, nec amorem. Age, si erro, quibus operibus probas amorem?

3. Ait Dominus ad eum: Quia hodie salus dominus tunc facta est. Euthymius h[ab]et: Salus facta est ex tua perditione, que in ea moratur. Audis? Quod non ante[re] fat salus, quam efficiatur per dit. 10. Ex i[ust]a perditio tua. Os. 13. Non ergoante salos, quam tu a te ipso efficiaris; nisi exturberes amorem excellentiae, conmoditatum, glorie. Si haec menti tue alhuc inhaerent, longe es a salute: nec Christus in te inhabitat. Recede a te, & Christus, ac cum eo salus accedet ad te.

FERIA VI.

Granum frumenti cadens in terram.

*N*isi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum feliciter manet; si autem mortuum fuerit, multum fructu-

HEBD. XXVI. POST PENT. 439

fructum offert. Iohann. 12. S. Augustini tract. 5. Seipsum Iesu diebat: ipse erat granum mortificandum. Cecidit hoc granum in terram mortalitatis nostrae, mortificatum est per passionem, & crucem. Fructum attulit sanitatem omnium prædestinatorum, & gratias reproborum. An & tu granum es in spica Ecclesie, aut Religionis, quia ex illo grano prodidi? Debetis ergo fieri panis Christi, ut de se ajebat S. Ignatius M. Ergo debetis triturari, ergo moli, ergo subiungi, ergo in fornace multatrum adversitarum excoqui. Non hoc ages, ac patieris, ut Christi panis es, ficiaris?

2. Qui amat animam suam, perdes eam; Et qui odit animam suam in hoc mundo, in eternum astrem capodes eum. Ibid. Senium de grano frumenti ad eos extendit, ut multum fructum feramus in vitam eternam. In qua tu classe es? amantium animam suam sensibili amore, an eam odio habentiam, & sensu[m] pravis appetitis, & sensu[m] nihil indigentium? At stat, ut hoc, aut illud eligas. At obsecro, non consule sensum, sed finem. Hic amantium, est perditio ibi, & in eternum. Veritas dixit. Hic mortificantum, est ibi beatitudine eterna. Huc consilia dirige, quod creatus es.

3. Si quis mihi ministeriat, ne sequatur. Ibid. Ad eum sermo est, qui ministrant Christo in procuranda allorum salutem. Ab his operum sequiam, ac invitationem exist. S. Chrysostom. per viam solidæ mortificationis; quam cum fratres debent omnibus, quos volunt in viam salutis adducere: necessarium est, ut & ipsi per eam ambulent. Quid ergo tu agis?

220 HEBD. XXVI. POST PENT.

¹ Vis vis ministrare Christo , sed non vis mor-
tificari . Sive ipsius honestas , & Christi exem-
plum tibi hoc non persuadent , persuadeat pre-
mium . Obsequium sum , illuc & minister meus erit .

S A B B A T O .

Christus in Cruce Exaltandus .

¹ **G**o , si exaltatus fuero a terra . Jo. 12.
Sermo est de exaltatione in Cruce .
Suum ergo exaltationem , & gloriam constituit Christus in Crucis humiliatio . Et nos glor-
iari oportet a Cruce Domini nostri Iesu Christi . Gal. 6. Quam vero tu , ut tu gloriam tu-
am queras non in contumie , sed in laude ho-
minum , in plauso , in exaltantia talentorum .
Hoc vero est , gloria Christi adverteri . Om-
nia traham ad me ipsum , hoc est , mea poten-
tia fabulans . Per Crucem enim adeptus est
Christus , ut in nomine Iesu omnes genitac-
tor . Philipp. 2. Scis , quare passiones tuas tibi
non sufficiunt ? quia non exaltaris a terra , non
ascendis in crumen per calcatam superbiam .
Posthac ergo a te tibi gloriaris nisi in Cetero De-
mini nostri Iesu Christi .

² **R**espondit ei turba : Quemodo tu dicas ?
Operi exaltari filium hominem ? Quis est iste
filius hominis ? Ibid. Haec est ignorantia tue-
tur . Videt , & audit præsentem filium homi-
nis , & non agnoscit . Tu quidem ignorantiam
similarem non prodis verbis , sed factis . Offert
se humiliatis occasio , audis interne mo-
nentem Deum . Hic calca tuam superbiam .

Ref.

HEBD. XXVII. POST PENT. 221

Respondeat confusus timor : Erit alia occa-
sio ; Non est opus hæc publicè fieri , &c. Tan-
quam Christus non esset in facie mundi suspen-
sus . Merito ergo te reprehendat Christus : As-
sume medicum lumen eis in vobis . Merito mo-
neat : Ambulate , dum lucem habetis , licet
modicam , qui utendum est , ut ad majorem
pertingas .

³ **C**ùm autem tanto signo faciisse seruamur ,
turbis , non credant in eum . Ibid. Vita pra-
va , & corrupta afferebat impedimentum .
Multæ Christi dogmata intelligi mente , sed
quia pravi affectus alii inclinant , facta non
expirimis . Veruntamen ex Principiis multis
crediderunt le rati ; sed quam imperfecte ! Nam
propter Phariseos non confundebantur , ut i fau-
gogo non cicerentur . Quid non possunt huma-
ni respectus ? Dilacerunt enim gloriam hemi-
nim magis , quam gloriam Dei . O pudor , ne
disperiles homini , eligis Deo despiciere .

D O M I N I C A X X V I I .

P O S T P E N T .

Ex lumine quiske suo judicabi-
tur .

¹ **E**go lux in mundum veni , ut omnis
qui credit in me , in tenebris non ma-
natur . Joan. 3. Sedemus in tenebris intelle-
ctus obliusciti , & in umbra mortis , quam no-
stre faciunt concupiscentiae . Offert se lux , &
invitat nos . Qui sequitur me , non ambulat in
tenebris , Joan. 3. Sed amamus magis tenebras .

X

Un-

HEBD. XXVII. POST PENT.

Unde? Quia lux hæc non est otiosa, fides non sufficit mortua, sed operativa esse debet. Piger lugem semper le moventem, Christi virtutes sequi. Et semper ita? Ademptam corporis lucem recuperares, quid non ageres? tam parvi est tibi lux anime?

^{2.} Qui spernit me, & non accipit verba mea, hæcer, qui judicat eum. Sermo, quem locutus sum, illa judicabit eum in novissimo. Ibid. Abit, inquit, ut Igeriam Christum: immagine hoc fecis est: At non accipit verba eius per inspirationes, & lumina, per regulas, per superiores tibi dicta. Atque ipsis est Christum spernere. Hæc et iudicabunt in novissimo. Dicetur enim: hoc lumen oppresisti, hanc admonitionem previxisti, hanc regulam proculisti. Vide ergo, ne qui spernas, spernas.

^{3.} Ego enim ipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid loquar. Ibid. Quam felix in illa hora futurus es, si dicere pos sis: ex me ipso nihil locutus sum, nihil eg i: sed omnis ex mandato Dei, vel superiorum. Sed hoc forte magis vobes, quam prædictes. Nihil agis ad invitanionem lenitus? Nihil dicens ex passione? Hoc enim agere, & loqui ex mandato Patris? Noli te supremo illo solatio privare, quod nemo tibi alias dare, aut tollere potest, quam tu ipso.

FE-

HEBD. XXVII. POST PENT. 443

FERTA II.

De Ficti maledicti.

^{1.} M *And revertens in civitatem, erat in* *tempore* *solis* *et videns fieri arborum unam sicut* *ram, venit ad eam, & nihil invenit in ea, nisi* *folia tantum.* Matth. 21. In hac fice te considera. Efiruit Dominus fructus operum tuorum; quos, si ingenuus es, hoc ipso titulo reddens deus, quia ille effiruit. Venit ad te per tot gratias, quas ad bene operandum impertit. Veniet per particulare iudicium in morte. Age, quos fructus protulisti? Nihil invenit, quod lapiat; Quia delusilli homines simulatione, & externa virtutis facie, fuerunt foliazzanum. Velle sine illo iudicio ita fructuum vacuus inveniri?

^{2.} Et ait illi: *Nunguantes te fructum nascatur in temporenum.* Ibid. Et quare? quia tantum soli habet. Sed tamen nondum erat tempus florient, ait Marc. 11. Mystica est significatio. Si ab arbore extra fructum tempus fractum requirit, quanto certius requiret a te in tempore reddendæ frugis. Et adhuc tempus negligis? Occasiones praeteris? gratias dissipas? Et solis contentus, solis simulas, frauduleris virtutem? Non times illud: *Maledictus, qui facit opus Dei fradulentem.* Jer. 48.

^{3.} Et arefacta est continuus siculnea. Ibid. subfracto scilicet succo, quo alteretur. Hæc est eorum pena, qui gratis non respondent. Succus, quo alantur in fructus bonorum operum, sunt auxilia gratae; hæc

X 2 inde

444 HEBD. XXVII. POST PENT.
merito subtrahuntur illis, qui non utuuntur.
Hi exsiccantur deserti à gratia, sine qua certum est,
non posse a nobis aliud opus meritorum heri.
Unde qui noluerunt, cum poterant,
non poterant, cum volent. Non fatis hoc est,
ut ad correspondendum gratis te
moveas?

FERIA III.

Parabola Vinea elocata.

Homo erat Pater familiæ, Deus, qui plantavit vineam. Matth. 21. animam tuam, & sepem circumdedit ei, mandatorum, ac regulatum, & fodit ea in seculorum Sacramentorum, ex quibus gratia fluit: Et adhuc erat turrim, sive providentiam suæ, sive Angelicæ protectionis, sive superiorum vigilantis, & locutus eam agricolis, tibi. Plantavit ergo te, qui creavisti te, in ipsum fructus, ut Dominum Deum tuum laudes, & reverentias, eique servias. At quem fructum dedidisti; forte librucas, & ovas fellis. Quoties dissipasti sepem? quoties feris aperis, tibi depravatus affectus defastis eum vineam? quae reverentia tua in Sacraenta sanguinis Christi? Quis respectus, & cura vigilantis divisa? Angelicæ, superiorum? Et tamen non tibi donata est haec vina, sed locata. Exigetur a te fructus; quid respondebis?

Cum tempus fructuum appropinquasset,
misit servos suos ad agricolas, ut acciperent
fructus ejus. Ibid. Quid fecerit Deus tibi,
quid tu illi, exprimitur. Quoties misit ille
ser-

HEBD. XXVII. POST PENT. 445
servos suos, concionatores, superiores, internas inspirationes, monentes ut fructum dare. At tu sicut, Agricola apprehensi servos alium occidetur, alium lapidatur; ita gratias in vanum acceperisti, quibus nolueristi cooperari, inspirations extinxisti, admonitiones sprevisti. O bonitas Dei! o tua ingratitudine!

Iterum misit alios servos, plures, prioribus, & fecerunt illi, similes. Ibid. & quidem tercia vice. Habet perfectæ obedientiæ typum. Greg. Cum compertum haberent alios servos crudeliter cesos, cum tamen mittuntur, nec dubitant, norationes excusandi querunt, sed impensa fine discessere perficiunt. Nonne parom à te obedientiam status tuus existit? Legi reg. 31, summarii. Estne talis tua obedientia?

FERIA IV.

Unicus filius trucidatio.

Nostissimum autem misit ad eos filium suum, dicens: Verberabitur filium meum. Matth. 21. Post tot contemptus gratias poterat te Deus plectere. Sed usus misericordia, misit adhuc filium suum in viscera sua sub speciebus Eucharistis, ut ejus te charitas accenderet, humiliatio deprimaret, crux, & passio ad mortificationis fructum dandum induceret. Debebas reveri filium Dei, ejus Doctrinam, & exempla amplexi. Sed quam longe tu ab ejus vita absisti?

2 *Agricola uostre uidentes filium, disserunt intra se: His est heres: venite, occidamus eum.* Ibid. Quam parum reveritit sunt filium! Neque tu magis, qui non es reveritus peccare. **Ejus ei** pote*ntiam extra cincum, ubi locum dediti peccato. Occidisti eum in temetipso, & sanguinem ejus indigne provocasti.* Tu non es reveritus filium Dei: reverebitur cum Pater, cum ad judicandum venerit, & filii vulnera contra te perorabunt.

3 *Cum ergo uenerit Dominus vinea, quid faciat agri eius illi?* Ajunt illi: malorum perdere. Ibid. Quid aliud expectare poteris ex tam indigne filii Dei tristatione? Sed misericordia est tui Deus. Ne male te perderet, eo te loci constituit, ubi te bene perdas per afflictionem mortificationem. Hoc vero quam necessariorum est tibi frumentum, ne relabatis: sed quam facile illud excutis, & declinas?

FERIA V.

Nuptiae filii Regis.

Rex fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos vocare invitatos, & nolentes uenire. March. 22. Pater uaternus desponsavit filium humanae naturae. Instruxit convivium Evangelicæ doctrinæ, & perfectionis. Ad hoc cum multis etiam te invitauit. Addixisti te venturam per suscepctionem religiosi status. Misit ergo seruos suos inspirationes sanctas, quæ dicent tibi: *Prandiamne paravi: occasio, qua perfectioni studeas, in promptu est.* Sed tu neglexisti; abiissi in villam pravorum affectuum, invisi ad ne-

gotiationem solacionum à creaturis; sprevisti invitantes inspirationes. Advertis indignitatem?

2 *Rez autem iratus perdidit homicidas illos.*

Ibid Cur non misit alios, atque a lios seruos, ut superior Patet familias ad vincam? Cur statim iratus est, & perdidit illos? quia illic servi debitum exigeabant, hic gratiam conviviali offerebant. Apud Deum autem, ut in imagine majestatis est, conserue gratias, ita crimen est, iustæ majestatis contemptus gratie. Et quot tu gratias ejus contempnisti? Idem enim est contemnere, ac nolle cooperari. Ecce ego perdi meruisti. Misericordia Dei debet, quod ad te adhuc alios seruos missit, alios, atque alias inspirationes, ac lumina. Vide, ut humanum excipias.

3 *Nuptiae quidem parata sunt; sed qui invitati erant, non fuerunt digni. Ita ergo ad exitus viarum, & quoque inveneritis, vocate ab inquis.* Ibid. Detrecti hi hactenus convivium Evangelicae perfectionis; seu tedium venienti, seu difficultate te a terrenis abstrahendi. Indigne te egile agnoscis. Pone ergo te ad exitus viarum tuarum, dico ad exitum vite. Consule mortem, quid suadeat? an cunctum ad hoc convivium perfectionis? an negligendum? Accipe consilium. Quod tunc egile desiderabis, nunc age. Scritum tunc est deinde.

F E R I A V I .

De homine non vestito ueste
nuptiali.

Intravit autem Rex, ut videret discum
bentes. Et vidit ibi hominem non vesti-
tum ueste nuptiali. Matth. 22. Per uestem nu-
ptialem intellige vitam, & mores statui con-
formes. Expende, an tui sunt tales. Et ait illi,
cum indignatione: Amico, per ironiam, que-
medo huc intrasti, non habens uestem nuptialem?
Non facias est apparere te religiosum; & elle-
oportet moribus, & vita. Si Deus hoc mo-
mento ad examinandum te particulari iudicio
evocaret, qualem putas inventeret? At ille ob-
murus. Apud Deum nullam poteris excusa-
tionem praetexere: confusus obmutefces. At
nunc, dum tempus habes, loquere depreca-
& uestem, que Domino placet, para.

Atune dixit Rex ministris: Ligatis manibus
& pedibus ejus mittite eum in tenebras exterior-
es. Ibid. Expellitur ait Amb. ser. 3. de Nativi-
tate etiunculari est, sanctitatis sibi merita-
rum vindicatur. Non faciliter tolerat Deus
in Religione eum, qui morte, & vitam Reli-
gionis non conformatus. Certe quod timeas,
habes; si tua vita est alia. Etsi te latere in
multitudine posse credas, Deus manifesta-
bit abscondita. Etsi non eliciaris à Religio-
ne, elicieris à facie Dei, qui est lux vera,
in tenebras, & cecitatem mentis. Ligab-
untur tibi manus, & pedes, ne opereris
beatu, laqueis tuarum affectionum. His
enim

HEBD. XXVII. POST PENT. 449
enim plerumque stringitur, qui nimis laxus
est.

3 Multisunt vocati, pauci verbè electi. Ibid.
Hoc est, quod te in timorem tenere debet,
& curam vocationis ingenerare, ut is fideles
satistacere. Non ideo electus es, quia voca-
tus, vocari non est tuum, sed Dei gratia, quam
sine prævia tua dispositione. At ut eligaris
ad gloriam, de tuo conferre debes. Sequare
consilium Apostoli: Satagit, ut per bona
opera certam vestram vocationem, & electionem
facias, 2. Pet. 1.

S A B B A T O .

Quæstio de tributo Cesari
pendendo.

Magister, scimus, quia verax es, & viam
Dei in veritate doces, & non est tibi
cura de aliquo: non enim respicias he-
minum. Matth. 22. Verissimum hoc Christi
laus est. Utinam & tu extra adulatioinem
hanc merceris, qui te Christum fecisti profe-
ris: Esne verax tibi ipse? non mentiris tibi
bonum malum, & malum bonum? Tenes
ne viam Dei? viam mandatorum, & regula-
rum? an vadis post vestigia losalium, & pa-
sionum tuarum? Non est tibi cura de aliquo
extra Deum? non de te ipso? Non respicias
personam hominum? non huic adularis? illi
te affricas? illum particulari amore amplecte-
ris? Quam procul abes à laude Magistrorum
malorum discipulorum?

2 Quid tibi videatur licet sensum dare Cesari
X 5 11,

450 HEBD. XXVII. POST. PENT.
ti, an non? Ibid. Quæstio in verbis non mala: sed later in animis nequitia. Erat enim proponentium confitum; ut etiam caperent in sermone. Ideo eos increpat: Quid me tentatis, hypocrita? offendens, quam sibi displiceat dolus. Petet videre numisma: Exhibitetur. Ait illis: Cujus est imago hoc, & superscriptio? Cujus es tu imago? Dei. Sed quoniam deiformis! Tu eam fecisti imaginem terreni hominis. Tempus est, ut scias portasti imaginem terreni hominis, ita portas & imaginem caelitus. 1. Cor. 15. Reformat te ipsum, donec formetur Christus in te. Gal. 4. & dicere possis. Vnde ergo, iam non ego sed tu sis veritas Christus. Gal. 2.

3 Reddite ergo, que sunt Casarii, Casarii, & que sunt Dei, Dei. Ibid. Cuique suum reddendum. Dei es, quantos quantos es: corpus, anima, sensus, potentiam omnes. Reddisne Deo corpus, & sensus tuos? uteris eo ad suam gloriam, an ad tua commoda? Reddis animam cogitando, amando, ac timendo eum? an affectibus tuis serpis circa creaturem? Vide, quot tituliste Deo debes: Creavit eum, redempte, servavit te, vocavit te, tot beneficiis te cumulavit. Redde & proximo, quod debes, Charitatem. Est imago ejus, cuius tu ab eodem creatus, comedem lenguine redemptus.

HEBD. XXVIII. POST PENT. 451

D O M I N I C A XXVIII.

P O S T P E N T E C.

De magno Charitatis mandato.

1 Interrogavit eum unus Legis Doctor: Magister, quædest mandatum magnum? quod Deus præ omnibus requirit? Ait illi: JESUS: Diliger Dominum Deum tuum ex soto corde tuo, &c. Hoc est maximum, & primum mandatum. Matth. 22. Intelligis? primum ergo hinc incipiendum est; maximum: ergo hic terminandum est. Amor rex affluit est, & primus motor, ergo huc omnes movere debet, & ipse rapi, tanquam in suum finem, extra quem nihil est amabile. Habuissime hoc præceptum tanquam primum, & maximum? Nihil unquam Deo prætulisti? O utinam; Sit latenter posuisse primum, & maximum amare Deum. Quo i probabis, si omnia ad ipsum dirigas; si nullam cordis partem tribuas amor creaturam; si andebis cum Apostolo difficultibus insultare: Quis nos separabit à charitate? Rom. 8.

2 Secundum autem simile est hunc: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Ibid. Regula amandi proximum est quicunque sibi. Nemo se sicut, nemo non sincerè amat. Nemo sibi vult malum ne minimum quidem: nemo non sibi vult bonum, & inter bona optimum. Debe ergo, (& hoc mandatum magnum est) amare non sicut proximum; amo tri, qui potes, ab illo malum, curire bonum. At proximus tuus non est unus, sed omnes;

X 6 Non:

452 HERB. XXVIII. POST PENT.

Non debes ergo affectum ita uniaffigere , ut
aliis subtrahas .

*3 In his duabus mandatis universa lex , pen-
det & Precepit . Ibid . Motivum hic habes
diligendi Deum , & proximum . Observatio
Legis absoluere tibi est necessaria . Nullam vis
trafugedi ? Ita quidem sperem a cordato ho-
minali . Ergo dilig . Qui dirigit , legem imple-
vit Rom . 13 . Huc ergo cogitationes , hoc
verba , & opera dirigere , ut tota vita sit exer-
citum dilectionis .*

FERIA II.

Arguntur Pharisei .

*1 S*uper cathedram Moys federunt Scribi & Pharisei Omnia , quod dicuntur con-
bis , servate , & facite . Matth . 52 . Ehi non
bonus superior , at bonum imperium ; paten-
dum est . Ehi malus Doctor , at Iana do-
ctora , servanda est . Sed non insistendum
exemplo : Secundum opera vero illorum noli-
te facere . Nulla ergo est illatui excusatio :
superior ipse , quod fieri iubet , non facit .
Ille de se , tu de te rationem reddes . Di-
cunt enim , & non faciunt . Absit hoc a te .
Benedicte non est clavis ad celum , sed be-
neficere . Non quid dixeris , queraris ; sed
quid egerris . Quam turpe est docere virtus-
tem verbo , & factio doctrinam suam im-
probare .

*3 Omnia vero opera sua faciunt , ut videan-
tur ab hominibus . Ibid . Alterum , quod in
Phariseis carpe , vitium est , quod testima-
ti , & laudari querant ab hominibus : his
si placant , sibi satisficiunt : Amant primus*

HEBD. XXVIII. POST PENT. 453

recubitus , & primas cathedras , & salutatio-
nes in feso , ac publicam honoris deatio-
nem . Hac si affluentur , in celo sunt .
Non ita tu , qui vis servus Dei esse . Certum
est illud Apostoli : si dominus placet ,
servus Christi non essem . Gal . 1 . Non potest
Deo non dilipere , qui nimium studet homi-
nius placere . Fas , te impetrasse , ut pla-
ceas : mercedem recipissi . Ergo in hunc fu-
num laborasti .

*3 Vt vobis , Scribe , & Pharisei , quia faciles
estis separabitis dealbatis , qua a foris parentibus
minimus speciosa , intus corde plena sunt offensibus
mortuorum , & omni spuria . Ibid . Tertium
hoc est vitiam , quod arguitur , similitudo
sanctitatis . Ubi sancta est virtus , ibi sunt certo
vera vita . Nihil prodest , immo plurimum
obelli apparere , si non sufficit esse . Deus non
alpicit , quis apparet , sed qui sis . Talis apud
Deum es , qualis in animo , & conscientia .
Ab illo pro aeternitate judicaberis , non ab hu-
minibus .*

FERIA III.

Prædicatio defolatiōnis :

*1 C*um videritis abominationem defolatiō-
nis sanctum in loco sancto excisi tem-
pli Hierosolymitanū : qui loget , intelligat .
Matth . 24 . Intellige , quod tu sis templum
Dei , quod immincat tibi defolatio per mor-
tem . Dissolvent enim templum hoc . Intel-
lige , quid agendum antea , ne pericliteris .
Frustra enim tunc voles , cum non poteris .
Qui in Iudea sunt , fugiant ad Montes . Es in
populo electo : ut tunc securus sis , nunc fa-

454 HEBD. XXVIII. POST PENT.
ge ad montem , qui Christus est , ut eum
imiteris . Qui in seculo es excelsae virtutis ,
non descendere ad humilia facularium . S. Hil-
lar. Qui in agro Christo plantatus es , noua re-
verentia , unquam tollere tunicam veteris con-
versationis . Quam tutus tunc eris , si nunc
istia agas !

2 Vt autem prægnantibus in illis diebus .
Ibid. Supremus ille dies semper infat : forte
iste est . Vt tibi , si usque in illum prægnans
es . Plenus bonis desideriis , & non anteā ea
paris in actu . Quidquid nunc boni conci-
pic , statim parendum est : quia tunc non
erit tempus . Ostat autem , ut non sis fuga
aerea in hunc . Provide , ut non superveniat
tibi mors , dum triges in obsequio Dei . Vel
in Sabbato , dum terias agis , & in focordia
vivis . Hec omni tibi hora curanda sunt , quia
nulla hora vacat periculo .

3 Erit enim tunc tribulatio magna , qualis
nun fuit ab initio mundi . Ibid. Intellige im-
providi , & tepidis , qui distulerunt in il-
lud tempus agere , quo amplius non licet .
Touquetur luctu suprema corpus , sed malo-
to magis conscientia . Vivacius tunc intelli-
ges bonum , & malum . Sarcinam tuam ma-
jorem repieres , quam unquam existimave-
ris , &c. Ergo ut tribulationem effugias ,
nunc age , quod tunc actum voles : nunc cave
quod tunc cavile desiderabis . Mortem de-
agendis consule , sed & consilium audi .

HEBD. XXVIII. POST PENT. 455

FERIA IV.

Vigilandum ad Adventum Do-
mini .

1 Vigilate , quia nescitis , quia hora De-
minus vester venturus est . Matth.
8. Prudentia semper metues , quod certò
veniet , nescis quando . Quid si ante paucos
annos veniret Dominus , qualeme te repeali-
fer ? Quid si hoc momento veniret ? quid velles
fessile ? Quid si scires post horam venturum ,
quid ageres ? Quid agendum flatueres , illud
age , quia forte veniet . Ideo occulta est tibi
illatura , ut omnem haberas suspectam .

2 Beatus ille servus , quem , cum rennerit
Dominus ejus , inuenient sic facientes . Ibid.
Taati est vigilare , ut a sola vigilancia Domini
nas pronunciet servum beatum . Vigilanti non
irrebit iur , qui pars tollat . Non præterit
boni occasio , quam non arripiatur . Dic ipse :
Ubi Deo attendisti , admisisti vel levissimum
culpam ? an uni pravo appetitu cœcessisti ? non
nō omni occasione in bonum uluses ? At non
ne hoc ipsum est esse beatum , ita vivere , ut
macula caret ? Beatus vir , qui inventus est
enim macula . Ecol. 31.

3 Si autem dixerit malus servus ille . Ib.
Bono , ac vigilanti seruo malum oppone ; qui
dicit in corde suo : Moram facit Dominus
meus venire ! qui in tempore suo cogitat ,
adhue superesse tempus , quo ser�enter a-
git . O miser ! Venit Dominus illius in die ,
qua .

456 HEBD. XXVIII. POST PENT.

*eva non sperat . Quis tunc ejus timor est quæ
trepidatio ? Quid si peruersas conserves sunt ?
indulgence appetitus irascibilis ? Quid si man-
duces , & obias latando stratum coacupiscibili-
li ? Credo , non velles talis deprehendi . Ergo
eo paratus . At nunquam exsatisfatus paratus ,
nisi sis semper paratus .*

FERIA V.

VIGILAE PLAMMÆ

Parabola decem Virginum .

Simile est regnum celorum decem Virgi-
nibus , quæ accipientes lampades suas ,
extinxerunt óbiam propria , & sponsa . Matth.
25. Et hæc parabola ad vigilantium monet .
Omnes fuerunt virgines , omnes accepérunt
lampades , omnes extinxerunt óbiam , omnes
veram faciente sponsa dormitaverunt . Et ta-
men quinque erant prudenter , quinque prudenter .
Sed non omnes sumerunt oleum secundum . Ideo
illæ prudenter , quæ sumerunt oleum in vase
suis . Fides , lampas sit , sed non sufficit . Im-
prudentes si , non etiam oleum charitatis acci-
pis , & ea media , quæ te coram spouso Deo
secundum reddunt ; ne lampas extinguitur .
nam fides sine operibus mortua est Jacob.
12.

2 Media autem nocte clamor saltus est .
Ecce sponsus venit . Ibid . Venit , cùm mini-
mè cogitamus . Dominas . Tunc surrece-
runt omnes Virgines , & reuerterunt lam-
pades suas . Quæ omnium sollicitudo ? quia
coram spouso comparendum erat . Tunc sa-
tute errorem suum viderunt , quid oleum
deficeret bonorum operum . Sed serum ni-
mis

HEBD. XXVIII. POST PENT. 457

*mis est tunc velle incipere , cùm deficiunt
est . Fatua autem sapientibus discordant : date
nobis de oleo vestro ; sed fructu aliena opera ti-
bi non proderunt : ubi retribuitur unicuique
secundum opera sua . Putas , non doluisse fa-
tuas ; solatio plena fuisse prudentes ? In qua-
rum sorte desideras esse , carum sollicititudinem
assume .*

3 Et quæ parata erant , intraverunt cum
eo ad nuprias . Ibid . non , quæ primum ibant
ad vendentes , seu quæ differunt se parare .
Periculum salutis subit , qui differt media .
Præstisces oportet anteà , quæ sunt salutis ,
non tunc velle . Novissimū veniente reliqua Vir-
gines dicentes : Domine , Domine , aperte nobis .
Sed pulchra verba nihil juvant , ubi pensantur
opera . Non prodest tunc verbis proferri Do-
minum quem in vita factis negaveris . Ergo
nunc , dum sunt dies salutis , dum tempus ac-
ceptabile , infistendum est bono . Adhuc enim
porta patet . As ille respondens ait : Amen dico
vobis , nescio vos . Hoc fulmen olim time-
si nunc Deum non nolcas , & secundum quod
cognoveris , ei servias .

FERIA VI.

Parabola de talentis .

Homo pergit proficisciens excavat ser-
uos suis , & tradidit illis bona sua .
Matth. 25. Etiam hæc parabola præparatio-
nem suader . Dedit uni quinque , alteri duo ,
tertio unum talentum : Unicuique secundum
propriam virtutem . Cogita , quæ accepisti à
Deo

Deo talenta corporis , animæ , naturæ , gratia . Non tua res sunt , sed Dei . Param tibi videris accepisse ? Deus ad tuam virtutem measuravit . De paucis rationem reales . Plus accepisti tibi damno sufficit . Quo sine tibi data sunt ut negotieris : Negotiamini , dom venit . Lc 19. Perit Domino lucrum , quod ei non facis . Non potes ergo aliter uti , quam Deus velit , & tamen fecisti . Quid faceres servo , qui pecunia tua ad sua commoda , & voluptates uteretur ? vide , an non tu sis talis .

² Post multum vero temporis venit Dominus servorum illorum , & perficit cum eis rationem . Ibid . Eam & tecum inibit ; forte non post multum temporis . Et accedens , qui quinque talenta acceperebat , dedit alia quinque ; similiter , qui duo , alia duo . Lucrum fecerunt ad proportionem talenti . Uterque vocatur servus bonus , & fidelis . Utique invitatitur in gaudium Domini sui . Non prevalet ergo apud Deum , qui plus accepit . Deus enim ultimorum talentorum , & gratiarum spectat , non cumulum . Non nullus vocatus bonus . & fidelis , qui quinque accepserat , si tantum duo lucratus nullus . Ita Deus nullam gratiam vult esse vacuum . Ergo assidue tibi curandum est . ut nullam gratiam in vacuum recipias . Hic vero esto vigilans .

³ Qui unum talentum acceperat , ait : Domine , scio , quia homo durus es : & timor abis , & abscondi talentum tuum in terra : Ecce habet , quod sumum efi . Ibid . Non perdidit talentum , sed servavit . Cur ergo reprehendit . Servus male , & piger . Quia non est negotiatus , non fecit lucrum , quod Dominus minus .

minus requirebat . Unicum ergo talentum neglectum ita castigat Deus ; Quid respondabis , qui tot millia defodisti in terram , gratiis tibi ad lucrum celestium concessis ad terrena ad sensus commoda abutendo ? Ergo hunc tandem ita rebus tuis invigila , ut audire merearis : Euge , servos bone , & fidelis intra in gloriam Domini tui .

S A B B A T O .

De extremo Judicio .

⁴ Cum venerit filius hominis in Majestate sua , & omnes Angeli cum eo : tunc sedebit super sedem Majestatis sue . Matth . 25. En judicem , illum , quem habuisti hactenus adoratum apud Patrem ; Illum , in quem confixerunt peccatores : illum , quem contempnisti . Et congregabuntur ante eum omnes gentes . En judicandorum multitudinem , in qua & tu eris . Et portaret ovis à dextris suis ; bœdor autem à sinistris . En diversorum judicandorum conditionem . Quis in his favor , & trepidatio ? Quod in illis animi solatium , & gaudium ? Et qui erunt à dextris ? Oves : que ductum , & vocem pastoris sunt fecute . Et qui à sinistris ? Heedi : qui concupiscentia suis servierunt . O Deus ! quantumcumque vis posne me hic à sinistris , ut ibi collocer ad dexteram .

⁵ Tunc dicas his , qui à dextris erunt : Venite , benedicti Patri mei , possidete paratum vestris regnum . Ibid . Prius bonos ad præmium .

460 HEBD. XXVIII. POST PENT.
mum vocat, quam reprobos damnet: quia pa-
ratio est semper ad beneficiandum. S. Chry-
sol. in Imperf. Hoc enim secundum naturam
agit: penas invitus infligit. Quam survisac-
cedet hec iustis sententia! Desideras & tu il-
lam audire? Operibus imperrabis. Hæc alle-
git Judex: Esercis, & dediſsi mibi manduca-
re, &c. fine his invanum speras. Ergo, quæd
potius manus tua, in falso operas. Nec piri-
va neglige, quia nimis est tam parvum, quod
vestitum charitate in Deum, ibi non evadat
regno æternæ dignum.

3. Tunc dicitur bix, qui à suis fratribus erunt: Di-
fendere: Ibid. O quale temeritatem in auribus reo-
rum! Amor. Quale fulmen! Deo in æternum
cædere. Malitia! Qualis dolor, Deo in eternum
exofore esse! In ipso mundum. Qualis des-
peratio, in eternum pena Iesu torqueri!
Qui paratus est statuere à me, a te autem tibi.
Qualis crucifixus, æternum cum demonibus
habitat: Et quæ tam horrendæ sententie
causa? Esercis, & non dediſsi mibi manduca-
re, &c. Opera non præstitis, que exigebam;
exiſti, que vetalam. O Deus! hic ut, hoc
seca, modo in æternum parcas. O æternitas!
æternitas! quam amara est memoria tua!

NOI REFORMATORI

Dello Studio di Padoa.

H Avento veduto per la Fedeli revisione,
& approbatione del P.F.V. Maria Max-
zoleni Inquisitore nel Libro intitolato, *Vita
& Doctrina Iesu Christi ex quadam Evangeli-
jis Collecta, per Nicolaum Accanianum & So-
ciatum Iesu*, &c. non v'è libro così lucido con-
tro la Santa Fede Cattolica, & parimenti
per Attestato del Segretario Nostro, niente
contro Prencipi, & buoni costumi, concedem-
mo Licenza a Nicolo Pezzana Stampante,
che possi esser stampato, osservando i ordinii
in materia di Stampe, & presentando le lou-
te copie alle Publiche Librarie di Venetia, &
di Padoa.

Dat. 14. Novembre 1707.

(Farese Marcello Prog. Refat.
Giovanni Vener K. Prog. Refat.

DIRECIONIS GENERAL DE BIBLIOTECAS

AD MAJOREM DEI
GLORIAM.

Agostino Gadaldini
Segret.

UNIVERSIDAD



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

COLICIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

®



UNIVERSIDAD NACIONAL NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

DEPARTAMENTO NUEV
O DE BIBLIOTE